


B to 7 4


SAFETY FILM

SAFETY FILM

SAFETY FILM



16-15
3-5-630



L11857122

2 400 40 Safa

del Collegio della Comp.^a de' juris de Granada R. 4571

CO. IO. HIERONYMI

ALBANI EQVITIS
ET IVRIS VTRIVSQUE
CONSULTI,


AC SERENISS. VENETORVM
DOMINII COLLATERA-
LIS GENERALIS,

LIBRI DE POTESTATE PAPAE
et Concilii nouissima editio multis aucta
lucubrationibus eiusdem autoris.

CVM AMPLISSIMO
REPERTORIO.



V E N E T I I S
Apud Cominum de Tridino Montisferrati
M D L X I



I O. A N G E L V S
Papius Iureconsultus

N V N C P R I M V M L O-
cum tenens in gymnasio Bono-
nienfi ad Lectorem.




V M in summos, exquisi-
titaq; doctrina viros in-
tueor, Lector beneuole,
cumque illorum varijs
artibus scripta, quæ quo-
tidie in lucem pro-
deunt, quantum mihi
contingere potest, mul-
ta lego, non possum seculi huius, quo ad sum-
mum iam peruenerunt ingenia, non admirari
foelicitatem: non quia superioris ætatis homi-
nes ijs doctrinis parum instructi fuerint, quas
qui tenent, eruditi appellantur: sed meum hoc
est iudicium, Posteror aut inuenire per se sa-
pientius quam maiores, aut accepta a maiori-
bus, facerem meliora quæ digna statuam in quibus

elaborent. Quam quidem ad rem id magno est
argumento, quò olim Athenis celeberrimo
quidem, sed ferè vno totius orbis terrarum,
gymnasio, vix singulæ alio inueniebantur artes,
alio perficiebantur seculo, nunc verò nullus or-
bis sit angulus, vbi ab alijs repertę non absoluan-
tur, aut etiam nouæ multæ non excogitentur,
simul atque compleantur. Sed in tanta animo-
rum fœcunditate, ac rerum varietate, vt segetes
fœcundæ, ac vberes, non solùm fruges, verùm
herbas etiam frugibus inimicissimas effundunt:
ita alij totam mentis aciem ad veri inquisitio-
nem, alij ad libidinum, quibus id quod verum
est obruitur, societatem conuertunt. Ex quo
efficitur, vt ij, quas Græci κακοτεχνίας, quasi ma-
las artes appellant, illi bonas sectentur. Qui ve-
rò non solùm, quem semel instituerunt, cursum
tenent rectum, sed alios qui declinant, specie
recti deceptos in viam reuocant, hi sunt Deo si-
milimi iudicandi, nedum cum magnis viris com-
parandi. Hinc illa Nestoris, Achillem ab amo-
re Briseidos ad bellum: Vlysis, socios à dulci
Sirenum cantu ad nauigationem reuocantis,
apud Homerum commendatio. Hinc illa So-
cratis, Pythagoram, Gorgiam, aliosque id ge-
nus sophistas omni opinioſum errore liberan-
tis, apud Platonem laudatio. Hinc illa denique
(vt de nostris quoque loquar hominibus) Scæ-
uolæ

uolæ Seruium ^{λογος αἰδολος} ad Iurisprudentiam
traducentis, apud Pomponium tantoperè cele-
brata oratio. Quorum omnium (mea quidem
sententia) omnes laudes hoc vno, sed absoluto
sapientiæ colophone, Ioannes Hieronymus Al-
banus Eques & Iurisconsultus præstantissimus,
quo non tulit vllum eius patria, aut gloria cla-
riorem, aut aut oritate grauiorem, aut huma-
nitate politioſum, non modò æquauit, verùm
etiam vicit: quo, radicitus extirpatis erroribus
omnibus, quicunque hæctenus de Papa & Con-
cilio impiè senserunt, in viam reuocatur. Quod
quidem insigne opus, recēs adhuc ab autore val-
de bono profectum, non minus sum amplexus,
quàm Pallas olim Telemachum patri Vlyssi
charissimum, ac similitimum, ratione tamen dis-
simili: nam vt illa Telemachum ad patrem per-
quirendum excitauit, sic ego contrà à Telema-
cho, id est, hoc opere ad ipsius autoris inuestiga-
tionem sum aliquando prouocatus, vt diuturni
desiderij mei expectationem explerem: nec antè
conquieui quàm ipsius iucundissimo fruerer cõ-
spectu, sensusque, & os cernerem, vnde hæc mel-
le dulcior ex rerum cognitione effloresceret, ac
redundaret oratio. Ad quem vt veni, expectatio-
nem, ac desiderium hominis, præsentia, præsen-
tiam incredibilis quædam humanitas cum sapi-
entia penè diuina coniuncta superauit. Deinde, cū

ego




ego illum de amplissima, quam & ipse nunc administrat, Venetorum Republica ille me de nostra Iuris ciuilis scientia percontatus esset, multis verbis vltro citroque habitis, tandem cognoui hominem Cyro feliciorum, vt cuius fortunæ accessisset, quasi orbis quidam artium, ac cumulus, & qui non solum in luce amplissimi populi magnus esset, sed intus, domique præstantior, sermo enim eius, facetus, ac nulla in re rudis, omnè antiquitatis memoriam exprimit, Iuris ciuilis, & Pontificij absolutam scientiam refert literis politioribus conditam. Cuius voce, atque oratione, ita tum cupidè fruebar, atque egrè ab eo tempore carui, quo sum ab Auenionensibus accersitus, quò in hoc profitendi Iuris ciuilis munere magno Aemilio Ferreto succederem. Iam verò quo est propenso in omnes animo, vt non solum præsentibus iuuet, sed etiam quos nunquam viderit, assiduam contulit operam, opera vt sua, communi omnium cederet vtilitati, si quidem cum multis vtranque in partem hanc agitare rem videret quanta sit Papæ atque Cõcilij autoritas, ac proinde Christianorum in diuersas scindi hæreseis, cum maximo religionis periculo studia, velut alter Apollo, edito in id opere, huic morbo graui fecit medicinam. Verumtamen cum is tam altè serpsisset, & quasi radices egisset morbus, vt vel primo pharmaco non ita curari posset, quin aliquid

quid superesset reliquiarum, optimos medicos sequutus, qui in morbis extremis, extremis quoque remedijs vtuntur: ecce de integro, & addita manu vltima perfectum opus, & numeris absolutum omnibus emittit, quod & autoritatis pondere, & vtilitatis vbertate cæteris longè præstat: eo enim rerum omnium ordinem ita prosequitur, & singula argumenta, quasi hasta in manu collata, ita vehementer proponit, legibus diuinis, atque humanis ita confirmat omnia, atque adeò concludit, vt qui singula diligenter expenderit, is sic persuasus euadet, vt nihil vnquam sibi contra mentem venire patiatur. Sed quid in eius libri, qui se ipse satis commendat, laudes ingreditur, ad quas satis dignè persequendas Albano ipso opus foret laudatore? Quare (studiose Lector) vt re cõperias quod verbis polliceor, ipsum librum diligenter lege, atque Albani nostri labores eo excipe animi candore, quo tibi ab illo proponuntur. Vale. Auenione.

DE POTESTATE

PAPAE ET CONCILII.



I QUID est in tota
mortalium vita lauda-
bile, id totum in ma-
gnis & arduis rebus esse
constitutum, nemo iure
dubitauerit. Ita q̄, ne co-
natus quidem vlli hone-
stiores existimantur, quā

qui in difficili negotio fuerint aliquando susce-
pti, vbi si forte nos fallat qui plerunque optatur
euentus, voluntas tamē in laude poni solet. Qua
ego ratione ductus cum iam inde à prima ado-
lescencia iuri pontificio ac ciuili discendo to-
tum me tradidissem, nullam quidem eius disci-
plinæ partem mihi negligendam putavi, quæ to-
ta ad rerum publicarum constitutionem, & ciui-
lem societatem conseruandam esset excogitata.
Verùm eas disputationes, quæ de magnis rebus
essent, nescio quo meo genio impellente semper
adamaui: & in ijs ingenium, si quod in me est, li-

A benter

benter exercui. Quoniam giture multi & illi quidem præcellentis doctrinæ gloria illustres viri, maior ne sit Summi Pont. an sacri concilij potestas, acriter aliquando disputarunt: & literarum memoriarum varia ac disidentia tradiderunt: ego quoque exquirendæ ac defendendæ veritatis percupidus, & iam antea in eadem re non mediocri diligentia laboravi, & nunc iterum ingenij vires periclitari non sum veritus, non quod iam edita mihi displicerent, aut me meæ sententiæ poeniteret, sed magis ut res, quam explicatu difficillimam fatentur omnes, iterum atque iterum excussa facilius redderetur. Nam ut longiore lectione ac pertinaci studio ingenium semper magis acuitur, & ætatis accessione vis iudicandi fit robustior, hoc nouo industriæ nostræ labore non parum virium huic disputationi additum iri speramus. Non solum enim denuo multa collegimus, quorum autoritas eodem spectat, sed noua quoque rerum pondera attulimus, quæ nemo, quem sciamus, viderit, in illis præsertim rejiciendis, quæ contra afferri solent, tum ex decretis concilij Constantiensis quartæ & quintæ sessionis, tum ab ijs qui alijs etiã argumentis principatum Romani Pontificis, & sacrorum dignitatem canonum aut stultè conantur euertere, aut prauè intelligendo angustioribus, quam ius ipsum exigat, terminis circumscribunt, deo autem hoc etiam potissimum tempore his laboribus

ribus atque huius opusculi incremento vehementius operam dedi, quo non sine magna & honesta fidelium omnium voluptate ad tollendas hæreses indictum fuit concilium œcumenicum à Pio III Pont. verè Maximo, & in omni laudis genere præstantissimo: cuius eximias virtutes & præclaras animi dotes nulla vnquam posteritas conticeffet: omnes enim conatus suos eo intendit, ut oportunitum iam diu fluctuanti nauiculæ Petri auxilium afferatur. Nec verò me eo prouexit audacia ad scribendum, ut crederem tantæ sedis amplitudinè tam exigui defensoris patrocinio indigere: sed magis, ut tãquã fidus pastoris catulus ipsos catholici gregis abactores, qua possem voce tererem. Quæ tamen dicentur omnia, sanctæ matris ecclesiæ censuris, qua debeo modestia & veneratione submitto. Simul etiam ab elegantioris mufæ hominibus impetratum velim, ut in eius rei inuestigatione, quæ inter iuris interpretes ventilatur, illorum interim lingua uti mihi permittant, dum res difficillimæ et nullius prope eloquentiæ capaces explicantur. Deo igitur Opt. Max. (cuius causa agitur) inuocato, opinor ego & constanter affirmo, nullum casum reperiri, in quo verè dici possit, concilij potestatem Pontificia maiorem esse, atque inde sequi dicimus, ut concilium in eum, qui certus sit Pontifex, imperium nullum habeat. Et quamuis prima fronte conclusio hæc non me-

diocriter dubia videatur, si tamen quod in sacris constitutionibus traditum est, diligenter inspicietur, omnis (vt opinor) dubitatio tolletur. Sed antequam in campum huius quæstionis latissimè patentem ingrediamur, operæpretium esse arbitror, si declaretur cur non in Pontificem simpliciter dixerim, sed in eū, qui certus sit Pontifex: inest enim in verbo momentum maximum, quo indicato facilius erit excursus futuræ disputationis. Hanc igitur vim id habet verbum, vt nonnulla, quæ tacitè obijci possent, reijciantur, videlicet à concilio plures de Pontificatu certantes iudicari posse. c. si duo. lxxix. dist. idq; ab antea actis concilijs quandoque factum, vt de concilio Constantiensi legimus & de alijs, quæ, vti non necessaria ad rē propositam, omittuntur.

12 Pariter etiam dici posset iure cautum esse, Pontificem metu vel pecunia interueniēte electum, de sede ei jci posse. c. si quis pecunia. lxxix. dist. et his & similibus argumentis concludi, his saltē in casibus concilium maiorem ipso Pontifice potestatem habere. Hæc. n. & similia, quæ afferri contra possent, vt prædictorum verborum tacitè, dissoluantur. Nam vbi plures de pontificatu contendunt, nec quis eorū verè Papa sit, percipi potest, cum non appareat quis verus pōtifex sit, omnes ab occupata dignitate repelluntur. Iure consulti enim quid non esse, & nō apparere, paria esse existimarunt

stimarūt. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. l. in lege fundi. ff. de contrah. emp. atque hoc modo non Pont. Max. sed factum potius eligentium iudicatur, qui duos ad pontificatum assumpserūt: quod nullo pacto fieri potest, ne ecclesia, quæ corpus est mysticum, si duo habeat capita, monstrosa fiat, 14 contra. c. quoniam in plerisque. de offic. ordi. l. igitur de causis non in Pontificem, sed in eū, qui certus esset Pontifex, diximus. Sic etiam vbi electio Pontificis tanquā irrita reprobatur, eū ideo iudicari posse concedimus, quia cum legitime non fuerit ad Pontificatum assumptus, ne pontifex quidem appellari meretur, neq; vnquā pontificiam potestatem adeptus est. Nam cum ipsius electio ea forma careat, quæ vniciq; rei tribuit, vt id sit, quod esse dicitur l. si is, qui quadraginta. §. quædā. ff. ad leg. fal. electio illa, iure electio dici non potest, vt in simili in l. iij. §. condemnatum. ff. de re iud. traditum est, sententiæ, in qua quod ius postulat, obseruatum non est, sententiæ vi ac nomine carere. Idem sancitum est & in l. non putauit. §. nō queuis. ff. de bon. pos. cont. tab. vbi Iureconsultus ait, filium non legitime exheredatū, dici exheredatum nō posse: sic etiam instrumentum, cui solemnia defuere, instrumenti virtutem nomenq; non habere. l. Diuus, & ibi Bar. ff. de milit. testa. nam aliquid nō fieri, vel minus legitime fieri, paria esse existimantur. l. quoties. ff. qui satis. cog.

21 cog. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec.
 22 hinc dixit Bal. in l. si. C. sent. rescin. non poss. Pa-
 pam canonicè electum, esse Deum in terris: &
 non canonicè electum esse dæmonem, clauēs nō
 regni cœlorum sed inferni gerentem, citat d. c. si
 quis pecunia, cui accedit Felin. in c. ego N. col. ij.
 23 in fin. de iureiuran. An autem electio metu vel
 pecunia interueniente facta ipso iure irrita sit,
 vel per sententiam irrita faciendā, nunc non di-
 scutiā: quia utcunque sit, non pontificia po-
 testas, sed factum eligentium iudicatur, vt etiam
 prædictum est. Hæc autem quæstio copiosissi-
 mē tractata est in libro, quem iam pridem edi-
 dimus de cardinalatu, quæst. xv. & xvj. Vbi talem
 electionē nullius esse roboris fuit ostensum. Nos
 igitur, vt ea euitentur, quæ aduersis frontibus in-
 ter se videntur pugnare, ne ue illa aduersentur,
 quæ de papa in hæresim prolapsa dici possent, de
 certo pontifice loqui volumus, ac de illo, in quo
 pontificiam esse potestatem extra quæstionē est.

P R I M A P A R S.



I S igitur hunc in modum expositis
 ac præfixis, vt hæc, quæ latissimè pa-
 tet quæstio, clariùs explicetur, & suo
 ordine percipi possit: tota quidē res
 in tre. part. s. principales mihi videtur esse diui-
 denda.

denda. Primæ itaque partis summa hæc erit. Vbi
 Papa criminofus est, an eius iudicandi penes cō-
 cilium potestas existat. Secunda verò pars decla-
 rabit, quid iuris sit, quando nulla de Papæ crimi-
 nibus quæstio est: sed tantum de peragendis ec-
 clesiæ negotijs tractatur, quam, vt res faciliùs in-
 telligatur, in tria tempora distinguemus. In ter-
 tia denique parte offendicula quædā reijciemus,
 atq; alia scitu digna, & quæ iam dicta & firmata
 per nos comprobabunt, breuiter adducentur. Præ-
 dictum tamen volo, nemini mirū videri debere,
 si hoc in loco multa iterari uidebuntur, quæ in li-
 bris à nobis editis collecta adduximus, id enim
 coacti fecimus, vt huic quæstioni, quā in primis
 tractare instituimus, cumulatè satisfiat. Igitur, ut
 ad primam partem redeamus, si quæritur quid de
 Pontifice iudicando tenendum sit, Respondeo,
 Romanum Pōtificem supremum esse omnium
 in terris iudicem, & caput ecclesiæ militantis, atq;
 ideo eum à nemine in hoc seculo, atq; ita nec ab
 ipso quidem concilio iudicari posse, cum nō mo-
 dō superiores ab inferioribus, verum etiam pares
 à paribus cogi non posse fuerit legibus constitu-
 tum. Inam magistratus. ff. de arbit. cap. innotuit.
 de elec. (casum hæresis semper excipio) nam tunc
 Pōtifer esse desinit, vt infra latiùs aperietur. Hæc
 autem in summa est nostræ conclusionis intētio:
 sed quo eius intellectus, cuius vi multa quoque
 alia

7 alia deciduntur, fiat illustrior, & ne illotis (vt ita dixerim) manibus hanc inuestigationē protinus aggrediamur, quæ ipsam potissimum amplitudinem Pontificiæ potestatis amplectitur, lubet in ea examinanda paulum immorari, & rem hanc quasi per gradus quosdam ad finē institutū perducere. Illud igitur ante omnia esse animaduertendum censeo, scilicet, ecclesiā Dei, cuius perfecta sunt opera, fuisse summo ordine institutam: dicēte Apost. ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt ordinata sunt, & rectè. Quoniam si ordinē auferas, confusio sequatur necesse est, à qua diuisio oritur, & ex diuisione destructio. Luc. 2. Idcirco omnia cū ordine fieri oportere dixit idem Apost. 1. ad Corinth. 14. Quare in ecclesia quicquā sine ordine reperiri nō potest. c. miramur. lxxj. dist. Qui quidem ordo in graduum distinctiōe cōsistit, vt in potestate alter ab altero differat, & maioribus pareat inferiores, alioqui vniuersitas vlla subsistere, & coherere non posset. c. ad hoc. lxxxix. distinct. Nam lex diuinitatis est, vt B. Dionysij verbis vtmur, infima per media, ad suprema reduci. Quod documentum in re proposita attulit tex. in extrauag. Vnam sanctam, de maior. & obe. Hinc videmus in humanis quoque constitutionibus, quæ longē sunt Diuinis inferiores, ordinē semper atque in primis cōmendari. §. si quis autem. in Authen. de hered. & falc. Et re vera si quis ab huma-

nis

nis actionibus ordinem tollat, hominem ipsum exuet ratione. Hoc ita posito illud sequitur, vt necessariò fateamur, vnum in Dei ecclesia statui oportere, qui ceteris præsit omnibus, cuius sententiæ sit parendum, & quem propterea subijci cuiquam mortaliū sit nefas. Alioqui totus iste ordo militantis ecclesiæ ob disidentes hominum sententias destrueretur. Nā entia nolunt malè disponi, & multitudo imperans mala, Princeps ergo vnus, vt ait Philosophus Metaph. 12. & teste Salomone Prouerb. 11. Vbi non est gubernator populus corruet: idcirco Deus loco præcipui muneris promisit populo suo, se ei daturum esse principem vnum dicens. Non diuentur amplius in duo regna: seruus meus Dauid Rex eorum erit, & vnus pastor omnium illorum Ezech. 37. & alibi, Suscitabo super eos pastorem vnum. idē cap. 34. Proinde & prudentissimi Iurisperiti doctores ob vtilitatem publicam Reipublice per vnū consuli oportere. l. ij. §. nouissimè. ff. de orig. iur. & vbi multitudo est, ibi nihil honestū esse posse. §. pen. in Aut. de referend. Quin & animalia, quæ solo naturæ ducuntur instinctu, hoc idē aperte significant, cum videamus & apes & grues vnū sequi, eiq; soli parere, vt ait Hier. ad Rusticum, & relatum est in c. in apibus. vij. quest. ij. sic etiā Beatus Aug. in lib. de nuptijs & concupiscentia ait, naturam principiorum amare singularitatē. Et certè

B nisi

nisi hoc ordine vnaqueq; vniuersitas regeretur, omnis contentio ac disceptatio sine exitu futura
 23 esset, ob naturalem hominum ad dissentendum facilitatem, vt verbis vtar Iurisconsulti in l. item si vnus. §. pen. ff. de arbi. Itidē si in re nostra vnusquisque ex suo ipsius sensu euāgelica posset interpretari documēta & de maioribus ecclesię negotijs arbitrato suo iudicare, tunc iam non vnā fidem, & vnā ecclesiam haberemus, sed multifor-
 24 mem fidem, & plures ecclesias, id quod citra hęc sim dici non potest. Art. vnā sanctam, & c. j. §. vna. de summa trinit. Idem testatur Paulus, cum
 25 dicit, Nunquid diuisus est Christus? 1. ad Corint. 26
 27 1. Vnus ergo Princeps in ecclesia Dei, qui & errātes possit corrigere, & pertinaces sua summa iurisdictione compescere, vt per necessarium quoddā antecedens sensit idem Paulus in loco præmemorato, vbi sic scriptum est. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Hoc enim præceptum satis impleri nunquam posset, nisi vnus supremus esset in ecclesia iudex, cuius imperio fide-
 28 les omnes coërceantur, vt concludit B. Thomas secunda secundæ quæst. j. arti. x. cui sententiæ consentiunt tradita per Oldr. in consilio xciiij. Andr. Sic. in consil. lxxvj. inter cons. Curt. & Anto. Corf. in trac. de potest. Regia in v. par. facit. c. legimus. xciiij. dist. Hinc Cyprianus ecclesiasticorum scriptorum propemodū antiquissimus in eos inuehitur,

tur, qui huic principatui detrahunt, affirmans nō aliunde ortas fuisse hærefes, & nata schismata, 29
 quā ex eo, quōd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia iudex vice Christi cogitatur. Hęc ille in Epist. 3. Rursus in epist. 12. ad Cornelium Romanum Pontificem scribens, gratulatur, quōd schismatici quidā ad pacem redierint, & eorū confessionē referens ait, eos inter alia dixisse: Nos Corneliū Episcopū sanctissimæ ecclesię catholicæ erectū à Christo scimus, & ibi Paulopost. Nō ignoramus vnū Deum esse, vnū Christum, vnū spiritū Sanctū, & vnū episcopum in ecclesia catholica esse debere. Hęc Cyprianus.

Quare iā liquere arbitror, vt multa alia præmittamus, quibus hęc eadē res cōfirmari posset. Vnū in ecclesia esse oportere, apud quē sit sūma coërtio, sit summū & amplissimū ius ī vniuersos.

Nunc superest, vt hūc esse ac semper fuisse Romanum præfulem doceamus. Nō est autem nobis propositum ea omnia perscrutari, quę ad Papæ primatum attinent, de quo aliās latissimè scriptissimus, satis enim erit hoc tēpore ex multis pauca delegisse, quibus id, quod probare instituimus, ostendatur: principatum scilicet hunc, solius esse Romani Antistitis, idq; fuisse diuturna & perpetua morum, animorum, & seculorū approbatione confirmatum, atque ideo cum omnibus præesse & à nemine iudicari posse. Negari. n. haud 31

potest, quin Petro, à quo hæc pontificia potestas
 32 originem trahit, amplior quàm ceteris Apostolis
 iurisdictione tradita fuerit, si verba pollicitationis,
 & executionis ei a Christo dicta venturabuntur.
 Verba enim, vt à maioribus nostris accepimus,
 33 secundum subiectam materiam sunt semper in-
 telligenda. l. stipulatio ista, cū ibi tradi. ff. de verb.
 ob. l. si de certa. C. de transac. Quòd si promissio-
 34 nis huius verba consideremus, ea tum demū pro-
 lata deprehendemus, cū de fide ageretur, & de ijs,
 quæ credi à fidelibus oportebat. Quod vel ex ipsa
 Christi interrogatiōe cuius facillè patere potest,
 Ait enim, Quem dicunt homines esse filium ho-
 35 minis, Matth. 16. Fidē autem totius ecclesiæ fun-
 damentum esse nemo est, qui nesciat: simul etiā
 de ædificanda vniuersali ecclesia Christus loque-
 batur dicens, Et super hanc petram ædificabo ec-
 clesiam meam, atque vno & eodem tempore so-
 lum alloquens Petrum ob eius vnius cōfessionē
 subiunxit. Et tibi dabo claves, &c. Quodcunque
 ligaueritis, &c. Ex quo verborum contextu, si pol-
 licitatio ad subiectū negotium referatur (vt par
 36 est) facillimè intelligimus, potestatem Petro pro-
 missam adeo amplam extitisse, vt ad supremā in
 vniuersali ecclesia iurisdictionem, & ad cūcta ma-
 iora negotia extēdatur. Quod de alijs Apostolis
 37 minime dici potest, si verba ligandi & soluendi,
 quæ illis omnibus dicta sunt, volumus diligenter
 animaduertere,

animaduertere, Matth. 18. Ibi enim non de vni-
 uersali ecclesia, non de fidei fundamentò, sed de
 foro conscientię agebatur, & Christus erudiēdos
 Apostolos susceperat, quēadmodum erga fratrem
 peccantem se gerere deberent: id enim liquet tā
 ex præcedentibus, quā ex sequentibus verbis, ex
 quibus etiam media declarantur. l. qui filius. &
 38 l. si seruus pluriū. ff. de leg. 1. In principio etenim
 inquit Dominus, Si peccauerit in te frater tuus,
 &c. Deinde vltimo loco Petrus & verba & men-
 tem Christi repetens ac reassumens ait, Domine
 si peccauerit in me frater meus, quoties dimittā
 39 ei: Vt congruū igitur sermoni præcedenti sit: hoc
 Petri responsum, patet ibi rem ad solum peccati
 negotium fuisse coangustatā, cui si verba potesta-
 tis illius simul prolata annectantur, vt & naturæ
 ratio, & ius ipsum postulat, consequens est, verba
 illa quancūq̃ vniuersalia ad illos dimittēdorum
 peccatorum limites, & ad ferendā contra impœ-
 nitentes excommunicationis sententiam, de qua
 ibi agebatur, restringi oportere, alioqui veræ in-
 terpretationes eluderentur, si quis amplius ac la-
 tius, quā subiecta materia exigat, interpretando
 complectatur. Rursus inter hanc & illam potesta-
 tem permagna est differentia, si etiam executio
 promissionis factæ Petro consideretur. Nā talis
 40 præsumitur ac intelligitur causa præcessisse, qualis
 ab effectu dignosci solet. l. cū de in rem verso, &
 ibi

ibi Bar. ff. de vsur. Bal. in l. si certis annis. C. de pac. cum simili. Ut igitur promissionem Petro factā, fuisse amplissimam demonstratum est: Ita eiusdē quoq; executionem eccelsam intelligimus, atq; in altissimo dignitatis gradu collocatam, cum ei dictum fuerit, *Simon Ioannis diligis me plus his? pascue oues meas.* Tria enim ex his tam paucis verbis priuilegia colliguntur. Quorum primum est, hanc potestatis amplitudinē soli petro fuisse concessam: Quandoquidem hunc vnū Dominus in singulari numero, sub nomine proprio, ac etiam persona patris, vt res magis constaret, demonstrata, fuerit allocutus. Ita enim solent etiam iuriscō-

41 *ulti nō nunquam sua colligere argumēta. l. si nominatim. & l. quę conditio. ff. de cond. & demon. Pręterea & vox illa, plus his, personam Petri ab alijs fuisse seiunctam non obscure indicat. Si quidem ab eo maiorem Christus dilectionē exigebat, cui & maiorem traditurus erat potestatem. Idq; etiam satis percipitur ex verbis illis in promissione prolatis. Beatus es Simō. Tu es Petrus. Et tibi dabo. & reliqua, quę a theologis vētilātur.*

Secundum verò priuilegiū ex eo elicitur quòd ei dictum est *Pasce*, vt intelligeremus autoritatem illam non solum ea complecti, quę ad forū conscientię pertinent, sed etiam ea, quę sunt iurisdictionis amplissimę, cum (vt in sacris antiquo

42 *rum literis videre est) Pascere, Regere, ac Regna-*
re non

re non dissimilia sint. Reges enim pastores nuncupabantur. Exech. 34. Esaię. 44. & 56. Hier. 2. & 22. & Psal. 22. Ad hęc accedit illud Paral. 11. & 11. Reg. 5. *Tibi dixit Dominus Deus tuus, Tu pasces populū meum Israēl & tu eris princeps super eum. Et omnes denique illi tam Gręci quā Latini patres in concilio Florentino legitimē cōgregati solēniter declararunt diffiniētes, Petrum* 44 *non modò pascendi verū etiam regendi & gubernandi vniuersalē ecclesiam potestatis amplitudinem accepisse. Quare ex ijs constat, Potestatem illam nō ad certum aliquid coarctatam, sed ad omnia latisimē extēdi Christum Dominum voluisse. Tertium deniq; priuilegium illud fuit, quòd ei dictum est indifferenter, oues meas, nec ouium pars ab alijs ouibus fuit distincta, vt supra fideles omnes prorsus ei traditam intelligeremus hanc supremam iurisdicendi potestatē, vt habetur in c. solite. de maio. & obed. facit l. si pluribus. cū ibi not. ff. de leg. ij. Hoc igitur loco soli Petro, supremam iurisdictionem, ac super omnes traditam fuisse colligimus. Quę omnia promissioni* 45 *pręcedenti consentanea sunt, vt diximus. Et cum loquimur de solo Petro, hoc idem & de successoribus eius est intelligēdum, ne alioqui mortuo Petro ecclesia Dei relinquatur acephala. Verū hac dere postea. Nuncautem ex superioribus liquet,* 46 *longē angustiores fuisse apostolorum quā* 47 *Petri*

Petri potestatem, cum ea, quæ duplex fuit, vna scilicet ad forum conscientia, altera verò ad ferendam excommunicationis sententiam pertinens, ad fratrem peccantem restringatur, sic enim hic vbi de apostolis, & aliter vbi de Petro, subiecta materia exigit, à qua (vt prædictum est) verba & sententiæ omnes regi solent, ac declarari. Demum dicimus, potestatem apostolis traditam, qualiscunque illa fuerit, non aliter esse interpretandam, quam vt principaliter in Petro fuerit collocata, à quo in alios ceu à fonte & capite in membra diffundatur, vt docuit Leo, vir scilicet omni veneratione dignissimus, in Epist. 87. & relatū est in c. ita Dominus. xix. dist. Leonis autem Epistolæ à quinto Concilio Constantinopolitano receptæ fuerūt, vt legitur actiōe prima in Epist. Epiphaniij, & in rescripto Ioannis Hierosolymitani, atque ideo ab hac declaratione discedere non liceret l. i. §. oīa. C. de vete. iur. enucl. & ita tenet etiam. B. Thom. in 4. sent. dist. 18. q. ij. art. ij. vbi ait, Deum Petro clauē iurisdictionis contulisse, quæ ab eo in alios descendit. Præterea huius conclusionis ratio est in promptu: cum enim Petro prius tota fuisset promissa potestatis amplitudo, necesse est, vt quæcumque potestas in Dei ecclesia exercetur, ab eo per participationem quandam & deriuationem (vt ita dixerim) habeatur. Ne alioqui Deum ipsum amplitudini Petro promissæ quicquam detrudere

voluisse

voluisse existimemus: si enim ab humana cōcessione abhorret, quod alteri præiudicium afferatur l. ij. §. merito. ff. ne quid in flumi. publi. cum vulg. multo magis id à Christi pollicitationū sensu est alienum, quoniam quæ procedunt a labijs eius non faciet irrita. Psal. 88. Et coelum & terra transibunt, verba autem eius non præteribunt. Matth. 24. Sed is proculdubio primatu spoliaretur. cui alij sine ipsius cōsensu in iurisdictione cōsortes efficerentur. Fatendum igitur est cum Leone & alijs, apostolorum potestatem fuisse in Petro tanquam in capite principaliter collocatam. Et magno huic expositioni est adiumento, cum videamus, Petro sine apostolis, sed non illis sine Petro traditam fuisse potestatem: Quasi vt ipse sine illis posset in quacunque causa ius dicere, sed ipsi iurisdictione sua, qualiscunque sit, non sine suo capite vti possent. Postremo Petri in alios imperiū ex illa quoque ratione inferri non obscure videtur. Apostoli enim quando (vt mittam ordinem apostolatus) tanquam oues Christi accipiuntur, fateamur necesse est, eos subiectos esse pastori, cum Christus dixerit vnum tantum gregem & vnicum esse pastorem Ioan. 10. ac nusquam legatur, alium quam solum Petrum fuisse pastorem constitutum, vt supra visum est. Quare duo ex prædictis colliguntur, Alterum est Petri solius potestatem nullis clausam terminis amplissimam fuisse, aliorum

C autem

55 autem Apostolorum intra certos limites contractam, quippe quæ in fratrem duntaxat peccantem seu peccata sacramentaliter confitentem, extendatur. Alterum illud est, quòd qualiscunque fuerit illa, quæ Apostolis tradita est, à
 56 Petro quasi ex fonte in cæteros defluit. Quem Petrum etiam Dionysius ille Areopagita, vir doctissimus & insignis Christi Athleta in libro de Diuinis nominibus, supremum & venerabilissimum apicem Theologorum appellat. Theologos autem intelligit Apostolos, Dei scilicet verbum disseminantes, sicut etiam scriptum est apud Damascenum in vita Barlaham & Iosaph sanctorum Indiæ, & in libro transfigurationis Christi. Verùm multa ad rem hanc facientia postea loco citabuntur opportuniore. Pastor igitur & princeps Petrus institutus est omnium, atque eadem deinceps in successores potestas translata, Nàm si nullus B. Petro in principatu successisset, pari ratione nullus quoque fuisset in locum apostoli cuiuscunque; successus, cum nulla sit ratio differentia, & vbi eadem est ratio, ibi idem ius sit constituendum: atque ita ordo ecclesiasticus in ipso statim exordio cecidisset. Id quod ab omni ratione penitus abhorreret. Præterea non minor cura & dilectio Dei est erga ecclesiam

ecclesiam mortuo Petro quam ipso viuente, igitur quemadmodum Christus Petrum instituit, qui vice ipsius vniuersali ecclesiæ præsideret: ita pariter est credendum mortuo Petro Christum sponsæ suæ ecclesiæ in hac potestatis amplitudine alium præfecisse: & maximè cum fidelium numerus percrebuerit, & maiores aduersus eos procellæ fuerint excitate, atque ideo: multo magis hac supremi rectoris potestate & vigilantia indigeret, & ideo dixit Abb. in. c. venerabilem de electio. quod Christus non fuisset diligens paterfamilias nisi aliquem vices suas agentem in terris reliquisset, qui ea omnia posset, quæ ipse potest, & ad hoc citat Innoc. & Hostien. Et propterea in. c. quanto, de transla. episco. ita scriptum est. Potestatem transfereudi episcopos ita sibi retinuit Dominus & Magister quòd eam soli. B. Petro vicario suo, & per ipsum successoribus suis præbuit & concessit. Hæc ibi. Adrianus Papa ad constantinum & Hirreoneon Imperatores scribens, in ea decretali, in qua de veneratione imaginum tractat, sic ait. Ipse Princeps Apostolorum. B. Petrus, qui primitus apostolicæ sedi præsedet, Apostolatus sui principatum successoribus suis perenniter dereliquit, quemadmodum & ipsi à saluatore nostro concessus

concessus est. Ignatius Patriarcha in epistola ad Adrianum Papā, quæ fuit recepta in. viij. synodo, post illa verba, tu es Petrus &c. inquit, Tales enim beatas voces non secundum quandā, utiq; sortem Apostolorum Principi Petro solum circumscripsit, sed per eum, & ad omnes, qui post illum efficiendi erant summi pastores & sacri pontifices senioris Romæ. Hæc ille, sic etiā antiquæ & nouæ legis autoritatibus constantissimè affirmatur, in Extrauag. Vnam Sanctam, De maio. & obed. vbi sancitum est, omnes fideles de necessitate salutis teneri credere se subiectos esse Romano Pontifici. Idem habetur in c. per venerabilē. qui fil. sint legit. in c. cum ex eo. de poen. & remis. in c. maiores. de bapt. in c. j. de homic. in vj. & in infinitis propè alijs constitutionibus, quas omnes vt recenseamus, nec huius temporis est, nec parui fanè laboris. Ne quis tamen hîc fortè corruget nares. quòd ad probandum Romani pōtificis principatum, armis ipsis pontificijs, id est, canonū decretis adeò confidenter vtamur, quasi hac in re facere fidem hæc non debeant, prædictum volumus, præter conciliorum, & aliorum innumeras autoritates, quæ hoc in libro afferuntur, de vi canonum, & cuius pōderis esse apud omnes debeāt nos esse in fine suscepti operis disputaturos. Illud igitur non omittendum censeo, Leonem, cuius supra meminimus, & cuius epistolæ a concilio re

ceptæ

ceptæ fuerunt, hæc in eadem epistola tradidisse. Veterum esse consuetudinē, vt a Romana sede vel retractentur iudicia vel confirmentur, & Petro ouium curam ita specialiùs fuisse mandatam, vt qui ei principatum deneget, non illi minuat dignitatem, sed se in inferiora demergat. Hæc ille. Qui igitur hunc Papæ primatum negat, etiā concilium illud respuat necesse est. Item Gelasius in decreto vna cum lxx. episcopis edito de apocryphis scripturis, multa scitu digna de hoc Romani antistitis principatu, ex veterum consuetudine prodidit, patrum illorū accedente consensu. Audiamus nunc Athanasium & totam Aegyptiorū episcoporum synodum, qui omnes ad Liberium Papam scribentes, nunc eum patrem patrum appellarunt, nunc ei cōmissam esse a Christo aiunt vniuersalem ecclesiam, vt sua summa autoritate infestos comprimat, & oppressos releuet. Idem ad Foelicem I I. scribentes testantur, semper eorum antecessores ab illa suprema Romani Præfulis sede ordinationes & dogmata accepisse. Hoc ipsum Stephanus Archiepiscopus, & cum eo tria Africæ concilia confirmarunt, in quibus habetur Papam esse summum omnium Præsulem, cuius sedi Episcoporum iudicia & summorum finē negotiorum in honorem B. Petri patrum decreta omnium prorsus reseruauere sententiam, & antiquis regulis fuisse sancitum, vt quicquid etiam in

longinquis

longinquis partibus ageretur, nō prius ratum haberetur, quā si fuisset eiusdem Papæ autoritate firmatum. Hæc habentur in decretis Damasi, & relata sunt in c. antiquis. ix. quæst. iij. Quid? nō ne
 58 in primo concilio Constantinopolitano ca. v. cōstitutum fuisse nouimus, Constantino politanū Episcopum, primatus honorem tenere post Romanum: atque ita primum omnium esse Romanum etiam hæc synodus sensit. Non est silentio transeundum in v. Romano cōcilio, in quo vna cum Symmacho ccxvii. Episcopi inrerfuere, li-
 59 brum Ennodij approbatum fuisse, & patres omnes præcepisse, eum ab omnibus in quacūque eius parte futuris temporibus esse tenendum, & propterea inter illius concilij gesta referri debere. In eo autem Romani Antistitis mirum in modum
 60 principatus extollitur. Socrates Episcopus, cuius opera in septimo concilio roborata fuere, tam in historia Casiodori, quā alibi primatū Romanæ
 61 sedis super alias extulit. In tertio autem concilio Toletano patres illi decreuere, Romanorum Præfulum epistolas & sanctiones custodiri debere. Ex quo sequitur, quod cū infinita propè tã in epistolis quā in sanctionibus Pontificum ad rem hanc facientia inueniantur, ea omnia ita præcipiente cōcilio esse diligenter custodiēda. Audiamus etiam quid ipsi Cæsares prius illis tēporibus de hoc Romani antistitis principatu tradide-

rint

rint: Constantinus Augustus in suo ædicto mirū in modum Romani Pontificis potestatem extollit eumq; vocat vniuersalem episcopum dicens illum esse celsiorem, & sacerdotum totius Mūdi principem Valentinianus Augustus ad Theodosium imperatorem patrem scribens ita inquit, dignitatem proptiē venerationis B. Petro apostolo intemeratam seruemus, quatenus Romanę vrbis episcopus, cui principatū sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide ac sacerdotibus iudicandi, Hæc habentur in epist. præambul. ad synodū chalcedonēsem. Valentinianus & Marcianus in epist. ad Leonē cum inuitantes ad synodum Chalcedonensem aiunt. Tuam Sanctitatem principatum in episcopatu fidei possidentem iustum credimus alloquēdum. Quid varò Cyrillus Alexandrinus in libro Thesaurorum, quid Ioan. Chrysostomus homeli. 55. in Matth. & vltima in Ioan. quid Ignatius, quid Ambrosius in homel. lib. 1. quid Hieronymus ad Damasum, quid Bernardus in secūdo de consideratione & plerique alij magni nominis viri de hac ipsa re eruditissimè scripserint & quali ac quanta sententiarum grauitate huic veritati confecerint præteribo, ne ad longiores tractatus digrediamur. Sed quæso Maximum in orientali ecclesia ob doctrinam & sanctitatem vitæ meritò decantatum audiamus, qui 62
 Theodosio

Thendosio Cefaræ Epifcopo querenti, quomodo in Chrifto duæ naturæ & duę operationes poni debeant, fic refpondit, Ad Romanum Pontificem de ea re confcripta remittite. Ceterum ne vetera repetamus, fatis erit Florentini concilij fationem, cuius fupra meminimus, adduxiffe, in
 63 qua tã Græci quam Latini patres collatis & Græcorum & Latinorum autorum libris in vnã eandemq; coiere fententiã, decernentes Romanum Põtificem in vniuerfum orbem terrarum tenere principatum, & ipfi in B. Petro pascendi, regedi, & gubernandi vniuerfalem ecclefia a Chrifto traditam efle poteflatem, quemadmodum & in geftis æcumenicorum conciliorum, & facris canonibus continetur. Quare iam fatis fuperq; cõftat, hunc Romani Antiftitis principatum vſq; adeo in perfpicuo pofitum efle, vt de eo dubitare amplius, nedum obloqui, fit nefas. Et certè, vt fermo nem hunc aliquando claudam, nifi cum omnes vna voce fateremur, neceffe foret fanctorum ac doctiffimorum virorum testimonia reijcere, canonum fationes euertere, conciliorum decreta refpuere, atq; omnium feculorum confuetudinẽ
 64 abrogare. Quin exautorandus effet Imperator, cum eius electores ex decreto Gregorij v. fuerint conftituti. Preterea Epifcopi omnes effent defedibus eijciendi, & gefta præcefforum fuorum irrita faciẽda: Nam fublato Romani præfulis principi

patu,

patu, cui hæc omnia veluti fundamento folidiffimo innituntur, ea neceffariò corruerent. argum. c. cum Paulus. j. q. j. Quam autem hæc fint abfurditatis plena, & ab omni prorsus veritate abhorrentia, iudicent etiam ij, qui prædicta non verentur oppugnare. Nemo enim citra fumam dementiam, (vt interim hæreticæ prauitatis crimen taceatur, hæc monftris similia pronunciarit, cū nullo alio pacto quam rerum prædictarũ ordine fãctiffimẽ instituto p̄tinacia poffit humana cõuinci. Preterea fi in negotijs humanis, quæ fui natura mutari folèt. c. nõ debet. de cõ
 65 fang. & affin. traditũ efle, ea minimè efle mutãda, quę certam interpretationẽ femper habuerunt. l. minime. ff. de legi. cū vulg. Quo pacto hæc, quę fi dei funt, & cõfequenter immutabilia. c. maiores. xxiiij. quæft. j. pofl tam diuturnos mores, nũc veluti dubia abſque nefario crimine difputabuntur? Si enim legiflatores omnes foli confuetudini, quę
 66 viuentium memoriam excedit, vſque adeo detulerunt, vt eam iuri ſcripto, ac priuilegio in validiffima forma cõceffo equiparandã cenſeant. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqu. quot. & eſti. c. ſuper quibusdam. de verbor. ſignific. Quis eſt adeo lucis expers, qui in re tanti ponderis, in qua defixum eſt noſtrę fidei fundamentum, poſt tot leges, & tam conſtantem fanctiffimorum hominum conſenfum, mores etiam etatum omnium, & natio-

D num

num certam viuendi formam stultè redarguat? Nam vt Augustinus ait, In re dubia ad certitudinem multum valet autoritas, quæ ipsa populorū consensione affirmatur. Hæc ille in. c. palam. 1 1. dist. Hiero. quoq; asserit, traditiones ecclesiasticas ita esse tenendas, vt à maioribus traditæ sunt. c. illud. cum seq. 1 2. dist. morem enim fidelissime vetustatis seruandum esse docuit tex. in. l. Testamenta. C. de testa. Quod si quis alium asserit supremum esse in Dei ecclesia, quàm Romanum Antistitem, illum proferat, qui vel iustius vel diutius hac amplissima vsus fuerit potestate, & in quæ exteræ quoq; nationes magis consenserint. quarum Episcopi diuersis temporibus, à Romana sede semper in arduis iudicia petierunt, Cur enim patres illi, vel ad Constantinopolitanum, vel ad Alexandrinum, vel ad alium nō ibant Episcopum, ab eo, maiorum negotiorum decisionē requirentes? Sed Romanum solum cōsulebant, Romanum semper rogabant, Romanum venerantur, aiebantq; ad ipsum solum regulas fidei pertinere, illum deniq; vnum, quid esset in ecclesia Dei tenendum, posse & oportere præcipere. Cur demum Augusti ipsi, qui præcipuam ecclesie curam habuerunt, supremum semper honorem. & principatū (vt vidimus) soli Romano Antistiti detulerunt? Cur concilia id toties confirmarunt? vt dictum est, ac etiā infra loco dicetur oportuniore;

oportuniore? Cur deniq; libri pleni sunt canonum à Romanis Pontificibus conditorū, qui iam pridem passim & vbique pro legibus custodiuntur? Rursus dicant illi, quinam alij vnquā fuerint, 67 quàm Romani Pontifices, qui Reges, ac Imperatores eorum dignitatibus spoliarint, & de sedibus eijecerint. Zacharias Romanus Pontifex, Regem Francorum, non tã pro iniquitatibus eius, quàm eo quòd tantæ potestatis videbatur indignus, regno priuauit; & Pipinum Caroli magni patrem, in eius locum subrogauit; vt videre est in. c. Alius xv. q. vj. Innocentius Papa contra Archadiū Imperatorem excōmunicationis sententiam protulit. c. duo. 96, dist. Stephanus Papa. 1 1. imperium à græcis, ad germanos transtulit, vt habetur in. c. venerabilem. de elec. Honorius. iij. (vt legitur in Chronicis) Federicum imperatorem anathematizauit, & proceres eius à iuramento fidelitatis absoluit; quem postea Innocentius. III. in concilio Lugdunensi ab imperiali dignitate deiecit, vt legitur in. c. ad Apostolicæ, de re iud. in. vj. Proinde B. Augustinus, in quodam sermone Petri & Pauli incip. Fortis, hæc Petri & successorum suorum potestatem admirans, ait. Quis plebeū piscatorem apostolorum facile crederet principem, & regibus obsistere, Reges sanctificare, Regibus omnibus imperare, mundū frenare legibus? & reliqua. Hinc etiam S. Thomas contra errores græcorū
D ij cap.

cap. lxxvj. iquit, similem esse errorē dicentiū Christi vicariū ecclesie Romanę Pōtificem nō habere primatū vniuersalis ecclesie errori dicentiū spiritū sãctū à filio nō pcedere. Hęc ibi. Propterea error asserentiū Papā nō esse imediatū & proximū Christi vicariū dānatus fuit in cōcilio Cōstantiē si inter errores Io. Vuicleff. Quām igitur impiē & impudenter agāt, qui nō modò Romani Antistitis autoritatem respuūt, verū etiā negare audēt Petrū Romę morā traxisse; satis in p̄cedentibus fuit ostensum, in quibus, vt p̄ multas, tū sanctorū ac doctissimorū patrū traditiones; tū sacrorū canonū, & cōciliorū sanctiōes adduximus, quę vim faciūt atq; cōpellunt ad credendū, Ita opportunē hoc in loco rationes nō nullas, quę persuadeāt, & delectent, audiamus. Non iniucundū. n. fore arbitror, si ratio inuestigetur. cur Romę potius quā alibi hęc sedes amplissima fuerit collocata, & quamuis nō modò arcanorum Dei ratio imperscrutabilis sit, vt multis autoritatibus notatu dignis aperuit Feli. in. c. si quādo, de rescrip. sed eorum etiam, quę à maioribus nostris tradita sunt, teste iuriconsulto, quādoq; causa reddi nō possit. l. Non omnium. ff. de legi. si quispiam tamen fortasse tanto huius inuestigationis desiderio teneretur, vt omnino aliquam optaret huiusce rei rationē intelligere; is sciat, in voluntate alicuius excutiēda plurimū spectari oportere, quid is, cur-

ius

ius ratio volūtatis exquiritur, facere cōstiterit; hoc. n. modo optimū esse argumētū legislatores docuerunt. l. si feruus pluriū. §. si. ff. de leg. i. l. pen. ff. de alim. legi, Quòd si quis animū attendat, facile videbit, Christū iam inde ab initio fuisse hoc vno potissimū delectatū, vt iisdē quādoq; ad sustentandā atq; augendā religionē suā instrumentis vteretur, quę ad eā ipsam euertendā orta esse videbantur, quo scilicet admirabili argumento, quām icōparabilis esset Christi potētia, & quām vera eius religio, passim ab omnibus intelligeretur: Huius. n. rei manifestus ac fide dignissimus testis (vt multos alios p̄termittā, ē Paulus, Paulus inquā ille huiusce fidei hostis acerrimus, & indefessus; qui deinde ad eā defendendam adeo est accēsus & animatus; atq; itā in p̄dicando euangelio ceteris oībus p̄stitit, vt vas electionis iure appellari mereretur. Hac ego rōne adductus opinor etiā in re p̄posita iure conijci posse, hoc ideo Dei numine cōtigisse, vt Romanę illę vires, quę iā antea Christianā religionē opprimebāt; eandē defenderēt, illudq; a quo potissimū Christi fideles trucidabātur; iperū eisdē subijceretur, ac deniq; vt ibi verę religionis caput emineret, vbi sup̄stitiōis caput excellebat, ita. n. sentit Ambro. loquēs de martyrio Petri & Pau. vt relatū ē. i. c. Beati. li. q. 7. Vnde Euse. testis illustis i ecclesiastica histo. c. xiii. ait. In ipsis claudii tēporibus, clemētia diuīe prouidentie

prouidentię probatissimum omnium apostolorum, & maximum fidei magnificentię, virtutis merito primorum principem Petrum ad urbem velut aduersus humani generis communem perniciem deducit, ducem quędam & magistrum militię suę scientem Domini pręlia gerere, & virtutū castra tutari. Hęc ille. Hanc igitur tam amplam, ac præclaram victoriam, hęc tam insignia trophea, nō humana virtute, sed diuina manu esse parta, nemo iure vnquam dubitauerit. Magnū quoque huius rei est argumentum, cū animaduertamus nō modo Hierarchias omnes iam pridem maiestatem imperij perdidisse, verumetiam, omnes ferē florentissimas olim ciuitates, quę prius illis tēporibus imperabāt, aut tum, cū florenter cecidisse; aut postea ab humanarum rerum dominis tempore, & fortuna, vel funditus euerfas, vel penē deletas: Roma tamen hucusq; ita cęteris regijs urbibus antecellit, vt fateri omnes, nō solum possimus: verumetiam debeamus, illi vni eternitatem imperij esse diuinitus datam; cui nulla vnquam ætas finem sit allatura, & huius regni sceptrum, non homines, sed ipsū planē Deum, qui semper ille idem est suscepisse, sibi que hoc vnum ē toto terrarum orbe sempiternum immobile que domicilium delegisse. Ita n. ex legibus ipsius cęsareis licet conicere, quę Romam Urbem æternam, hac ratione, vt credimus, appellarunt. vt

habetur

habetur in l. j. C. de priuileg. corp. Urb. rom. lib. xj. Et in l. j. C. de suari. eo. lib. Rursus Roma vrbs sacratissima nuncupatur. l. Senatores. C. de incol. libr. x. Cōstat autem leges fieri nutu diuino, & per ora principū promulgari. l. fi. C. de præscri. lōg. temp. & habetur in glo. not. in l. 2. ff. de leg. Et breuiter quā ampla sint priuilegia & dignitates, tam vrbis, quā ecclesię Romanę latē videatur per Alberic. de Ros. in l. Iubemus nulli. C. de sacros. eccle. in Auth. vt eccle. rom. cen. an. vbi in principi hęc habentur, sūmi pontificatus, apicē apud Romanam esse, nemo est qui nesciat, & certē nisi omnes hoc ipsum diceremus, frustra Papa eligeretur vt ait glo. not. in clem. Ne. Romani, in verbo, nō consonam, de elect. Quare cum dubitare non liceat, Papam supremum esse iudicem in ecclesia militanti, illud deinceps clarissimē sequitur, de quo nostra est disceptatio, & quod iam inde ab initio huius inuestigationis polliciti sumus, scilicet, eum, qui fidelium omnium est iudex, à nemine in hoc seculo, & ita neque à concilio posse iudicari: quoniam in alios omnes posse ius dicere, signum est supremę potestatis maximum, ab alijs autem iudicari, est inferioris status indicium, cū igitur hęc sibi inuicem repugnent, ac dissidentia, sint, sequitur, vt simul stare non possint. l. vbi repugnancia, cum ibi trad. ff. de regul. iur. Quęadmodū enim aliquis & sanctus & peccator simul esse non

76 nō potest. c. sicut Christus. j. quest. j. nec legitimus
 & illegitimus. c. fin. cum ibi not. de clandest. despon.
 77 neque liber & seruus. l. duobus. ff. de liber. cau. Ita
 pariter dicamus, eundem & superiorem & infe-
 riorem simul & eodem tempore esse non posse.
 Præterea si (vt in principio huius institutę dispu-
 tationis diximus) à legibus ipsis abhorret, parem
 78 in iurisdictione, ab habente par imperium coer-
 ceri posse. l. nā magistratus. ff. de arbit. c. innotuit.
 de elect. longè minus licere fateamur necesse est,
 superiorem ab inferioribus iudicari. c. cum infe-
 79 rior. de maior. & obed. c. inferior. xxj. distinct. Ab
 surdum enim uideretur, Papam ab illis posse iu-
 dicari, quos ipse ligare potest & soluere, ut supra
 fuit ostensum. Ad quod accedit arg. tex. not. in. §.
 sed quod sancitū, in Aut. de nupt. ubi hæc habentur,
 Erubescit enim lex castigatores filios genito-
 ribus statuere, Et ita apertissimè tradidit Iulius
 primus vir doctus & integer in epistola prima ad
 orientales Episcopos. Atq; ita hac ratione ducti
 legislatores omnes, & sancti illi patres, qui Dei
 spiritu ducebantur, decreuere neminem in hanc
 primam sedem & aliorum omnium iudicem ius
 dicendi potestatem habere, cum scriptum sit, Nō
 80 est discipulus supra magistrum, vt videre est in cō-
 cilio Romano; in quo una cum Syluestro cclxxv.
 episcopi erant collecti, fuit quoque sæpissime cō-
 81 stitutum, eius culpas esse Diuino iudicio relinquen-

das,

das, cum à nemine mortalium iudicari queat, vt 81
 habetur in c. nemo, in c. cuncta per mundū. in c. 3
 aliorū. ix. q. iii. in c. nunc autē, xxi. dist. in c. si Papa
 xl. dist. in quibus locis semper hæc vrgentissima
 ratio affertur, id propterea nō licere, quòd Papa 82
 aliorū est iudex, Et quòd neq; ab ipso cōcilio iu-
 dicari possit (casum heresis semper excipio) cum
 tunc minor sit quolibet fidei, secundum glos. in
 cap. Achatius. xxiii. quæst. i. Dico id lege & ratio- 8
 ne probari. De hoc enim est tex. satis expressus in
 dicto cap. nemo, dū ait, Papā neq; ab omni cle- 83
 ro, neq; ab omni populo iudicari posse. Ergo nec
 totius fideiū vniuersitatis iudicio subiacebit que
 in hæc duo tantum genera hominū diuisa est c. 8
 duo sunt. xxii. quæst. i. Nec dicta verba de singu-
 lari iudicio sunt vllò pacto intelligenda, tū quòd 8
 de ipso prius dictum erat, ibi. Nemo, &c. quare se-
 quentia illa verba sunt de tota ecclesia necessariò
 exponenda, quæ in concilio esse iuris interpreta-
 tione censetur: tum etiam, quia vbicumque repe-
 ritur, Papam iudicari posse, semper est intelligen- 84
 dum à concilio, vt docuit glos. frequentioribus
 votis approbata in c. sicut inquit. ii. quæst. vii. &
 Abb. in tract. de concilio Basil. in secundo dubio
 col. ii. Rosell. in tract. de concil. & Dec. in confi-
 ch. quare pariter vbicumque traditum est, Papam
 à nemine iudicari debere, dicendum est iudicium
 ipsius concilii potissimum excludi, quòd solum

E esse

esse potest (si casus daretur) summorum Pontifi-
 85 cum iudex ob tantæ reuerentiam dignitatis. Idq;
 ideo in re proposita est intelligendum, ne alioqui
 sacræ illæ constitutiones de casu indubitabili pro
 86 mulgatę videatur l. quod Labeo. ff. de carb. edict.
 & l. ancillæ. C. de furt. Et ita textū illum in d. c. ne-
 mo, de concilio sensisse nō negavit Rom. alioqui
 hostis acerrimus pontificię maiestatis, vt habetur
 87 in eius consil. ccccxxij. Præterea ista conclusio
 ratione optima cōfirmatur, multa enim legimus
 fuisse concilia, & inter alia Chalcedonēse, & Con-
 stantiense, quæ gestorum suorum confirmatio-
 nem à Romanis Pontificibus petiere. id quod nō
 88 nisi à superiore peti solet, secundū Bald. in l. fin.
 C. de leg. & Felin. in c. j. de tregu. & pac. Ex quo
 89 illud sequitur, ipsamet cōcilia se Romano Præsule
 inferiora declarasse, atque ideo in eū nullū pror-
 90 sus imperiū habere. Huc accedit text. in d. c. alio-
 91 rū, cū ait Pontificem Deo tantū innocentię
 suæ rationem esse redditurum, illa enim vox, tan-
 tū, eam vim habet vt omnia iudicia Diuino ex-
 cepto excludat. l. his solis. ff. de condit. & demōst.
 & Clemen. exiui. §. cum autem. de verb. signific.
 92 Neq; obstat illud quod pro solutione d. c. alio-
 rum. afferebat Rom. in d. consil. ccccxxij. dicens,
 nō incogniti iuris esse, in iudicandis sacerdotū in-
 feriorum criminibus nōnunquā sacros canōes tra-
 didisse, eorum causas Dei iudicio referuari, vt se-
 cundum

cū dum eū habetur in c. eiectionem. lxxix. dist.
 Sed re vera ille text. non facit ad rem, cū de sum-
 mis Pontificibus loquatur, vt etiam ibi sentit Ge-
 min. Præterea affert text. i. c. futuram. xij. quæst. j. in
 c. accusatio. ij. quæst. vij. & in c. oues. vj. quæst. j. & ta-
 men hoc non obstante, eos posse ait à summo
 Pontifice iudicari: atq; ideo pari ratiōe dici posse
 secundum eius sententiam, ita quoque Papæ cau-
 sas, quę Dei iudicio relinquuntur, concilij. subie-
 cere censuræ, à quo iudicium afflante Dei spiritu
 proferri solet. Respondeo enim, Verba quę non 93
 solum videntur esse similia, sed quę illamet atque
 eadem sunt, vnoq; contextu prolata, non esse in
 quocunque casu pariformiter exponenda, sed ea
 varios, pro diuersitate rationis, admittere intelle-
 ctus l. manumissiones. ff. de iust. & iur. habetur in
 l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Ratio igitur
 quare causæ clericorum in iuribus à Romano ad-
 ductis, Dei iudicio subiiciuntur, illa est, quoniam
 ibi iudicare seu accusare volentes erant ipsis fa-
 cerdotibus inferiores. Nam in d. c. futuram. erant 94
 laici ipsis sacerdotibus inferiores c. si diligenti. de
 for. cōpet. Et in d. c. oues. erant populi veluti oues
 ipsis subiectæ. Iccirco respectu inferioritatis eorū
 causas illas Dei iudicio referuari oportere fuit op-
 timè constitutum, sed propterea iudicium Ponti-
 ficis Maximi in ipsos clericos non censetur exclu-
 sum, cū ipse sit supremus Dei minister in eccle-

fia militanti, vt antea conclusum à nobis fuit:
 95 Nam et hoc Dei esse iudicium intelligitur secun-
 dum glo. in c. continua. xj. quæ. j. omnis enim po-
 testas à Deo est, vt ait Apostolus ad Rom. 13. Et
 qui huic potestati resistit ordinatiōi Dei resistit.
 c. qui resistit. xj. quæst. .iij. Et hoc confirmatur quo-
 96 niam sicut Episcopi, & eius vicarij vnum & idem
 est tribunal cap. Romana. de appel. in vj. sic est de
 Christo concedendum, & summo Pontifice, qui
 eius vices gerit in terris c. j. vt eccl. benef. c. quāto.
 de transl. prælat. & c. j. xxj. dist. Hæc autem omnia
 cessant, vbi de iudicando ipso Romano præfule
 agatur, cum nulla in hoc seculo sit supra eum po-
 testas, vt latè iam antea disputatū est. Quare cum
 ipse nullum habeat superiorem, necesse est eius
 causas Dei iudicio ita esse subiectas, vt ex defectu
 iurisdictionis, quoruncunque mortalium iudicia
 excludantur: Quemadmodum enim in constitu-
 tionibus per Rom. adductis traditum est, clericos
 à laicis, & sacerdotes ab eorum ouibus accusari
 non posse, respectu inferioritatis. Pari ratione cō-
 cludendum est, Papam ab aliis, qui omnes ei sub-
 sunt, iudicari non posse, atque ita canones per
 Romanum allati contra eum vel maximè retor-
 quentur. Et ex hac tali ac tanta rationum dispari-
 tate ipsius argumenta refelluntur, arg. l. inter sti-
 pulantē, §. sacram, ff. de verb. oblig. cū simil. Huc
 97 accedit, nusquam valere sumptū à similitudine
 argumen-

argumentum, quando casus in iure inueniuntur
 expressi, vt plenè docuit Felin. in cap. translato,
 num. 15. de constit. Sed casus Pontificis, de quo
 agimus, scilicet, vt à solo Deo iudicetur, & à ne-
 mine præterea, est expressus, in d. c. aliorum. ibi,
 Deus istius sedis præfulem suo sibi sine quæstiōe
 referuauit arbitrio: Hoc enim soli Deo cōgruuit, 98
 qui causas sine quæstiōe decedit, quod morta-
 lium nemini potest conuenire, apud quos & quæ-
 stio haberi debet, & defensio cuiunque concedi
 c. qualiter. ij. de accusat. & Clem. pastoralis, de re
 iud. Rursus ibi, Nolite estimare eas animas inqui-
 sitoris non habere formidinem, quas Deus præ-
 ceteris suo referuauit ex amini. Si præ cæteris, ergo
 causæ Papæ sunt magis specialiter Dei iudicio re-
 seruata, quàm aliorum causæ clericorum, & sic
 contra Romani sententiam. Rursus ibi, Non ha- 99
 bet de allegationis nitore subsidiū, qui vtitur eo
 teste quo iudice, sed quis est ille, qui simul possit
 esse testis & iudex, nisi is, qui p Hieremiā cap. 29.
 ait Ego sum testis & iudex, s. solus Deus, qui cun-
 cta cognoscit? c. nouit, de iudic. Quare cōcluditur,
 ibi de solo Dei iudicio ita tractari, vt quorūcunq;
 aliorum sententia excludatur, idq; ob speciale Pe-
 tri priuilegium, vt in d. c. positum est. Cum igitur
 casus iste in iure inueniatur expressus, sumptum à
 similitudine corruit argumentū. Talia enim mi-
 nimè reperiuntur expressa in illis cōstitutionibus

in quibus Episcoporum & sacerdotū causæ Diuino arbitrio relinquuntur: Nam id in eis exprimitur respectu aliorum, qui eis sunt inferiores, vt prædiximus, sed alii canones sanxerunt, cum de illis à suo superiore iudicandis ageretur: Tunc. n. statutum est Episcoporum & sacerdotum accusationes, cum duobus seu tribus idoneis testibus esse recipiendas c. accusatio. ij. ij. quest. vij. c. qualiter. ij. de accusat. Hic igitur Episcoporum accusationis recipiuntur, & ita iure præcipiente ab hominibus terminantur: ibi verò, Papæ accusationes rejiciuntur, & illius causæ sine quæstione Dei iudicio referuantur d. c. aliorum. iunctis alijs, quæ supra attulimus. Quare ex his apertissimè constat, quàm varie in vtroque istorum casuum canones ob rationum dissimilitudinè constituerint, quorum alter ab altero declaratur l. vtrum, vbi Ang. ff. de peti. here. Non dubium igitur est, quãdo canones, Papæ causas Dei iudicio supposuere, eos de solo Deo ita intellexisse, vt omnia alia iudicia omnino reiiciantur, & ita clarissimè sensit Ennodius, in eius libello, qui fuit autoritate quinti Romani concilii confirmatus, & inter illius concilii gesta relatus. Quod confirmatur ex his, quæ habentur Ezechielis. xxxiii. vbi Deus inquit, ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum & alibi, Sanguinem anime, quæ peribit propter negligentiam illius, qui præest, de manu

speculatoris

speculatoris requirã. Idem. xxxiii. ex quibus verbis planè colligitur, Deum suo arbitrio reseruasse poenã illius qui super speculã præsidebit. Cõtrariũ verò fuit in alijs sacerdotibus constitutũ, quos nõ obstante illa reseruatione ab eorũ superiore iudicari posse ac debere fuit optima ratione sancitũ. Et sic Romani hæc prima confutatur obiectio.

Nunc aliã quoque diluamus, qua ipse in eodẽ loco concludit Papam tum demum à concilio iudicari non posse, cum iustitiam desiderat temperare & rectè agere, motus autoritate tex. in. d. c. nemo aliter sentiens, vbi Pontifex erraret, & à recto tramite declinaret. Ego verò (tam illustris ingenii pace dixerim) dicere sanè ausim, hanc ipsius conclusionẽ non modò à vero aberrare, sed etiam esse dignam irrisione. Quis enim ille est, qui rectè agens possit ab aliquo iudicari? Nemo certè. Et ideo verba illa tex. Iustitiã téperare desiderantem, non faciunt conditionem, sed potius sunt ad officiũ, illius sedis referenda: & hoc modo exponenda, scilicet, quæ iustitiam temperare desiderat, quemadmodum & de iudice scriptũ est, qui dicitur ea ratione ius dicere, quamuis nonnũquam agat iniuste l. pen. ff. de iust. & iure. Et hoc probatur: Nam in d. c. nemo. vis tantę potestatis in eo posita apparet, quòd hæc vna sedes omnium est altissima, & in ea, qui sedet Papa, aliorum iudex, vt dignitas sit, non autem vita irreprehensibilis

bilis quæ Papã ab aliorum eximat potestate. Idq̃
 103 apertè colligitur in d.c. facta, ibi, Deteriores sunt,
 qui vitam & mores corrumpunt iis, qui substan-
 tiam diripiunt. Ex quo patet, ibi de factis agi de-
 lictorum, & sic contra Rom. Hoc idem Bonifa-
 cius, qui martyrii corona fuit illustris, apertissi-
 mè sensit in c. si Papa, xl. dist. dicens. Huius culpas
 iudicare præsumat mortaliū nemo, nisi sit à fide
 deuius. Hæc eadem sententia in multis quoque
 aliis sacris sanctionibus continetur, quæ, vt bre-
 uior fiam, prætermittuntur, & complura de maio-
 ritate Papæ supra conciliū adducuntur per And.
 Sicul. in Clemen. ne Romani. de elect. & per Ca-
 tal. de bon. comp. in tract. potest. Pap. num. 75.
 & per Iason. in consi. xcviij. in. iiii. volu.

Clara igitur & firma remanet nostra cōclusio,
 scilicet Papam à nemine, & sic neque ab ipso cō-
 cilio iudicari posse, si. n. apud legislatores indignū
 existimatur, eū, qui multorū est iudex, & magnis
 præest, manere sub alterius potestate, vt habetur
 in §. i. in Aut. de dignit. coll. vj. multò magis hoc
 de Romano pontifice est concedendum qui est
 cunctorum fidelium iudex, & omnibus præest.

104 Quinimo Pont. Maximum se cōcilio sponte
 etiam subiicere non posse iuris interpretes com-
 munitè affirmarunt, dicentes, eum amplitudini
 Pontificiæ potestatis, quæ à Deo est. c. j. xxii. dist.
 quicquam detrahare non posse. Et quamuis re-
 periatur

108
 105
 106
 110
 periatur ab aliquibus Pontificibus nonnunquam
 id factum fuisse, aiunt id iure fieri non potuis-
 se ita Ioan. And. & Felin. post alios in c. ecclesia
 S. Mariæ, de cōst. Rom. in sing. cxxxiiij. & Ias. post
 Alex. in l. est receptū, ff. de iurisdic. omn. iud. vbi
 hanc partem crebrioribus sententijs approbatam
 esse ait. Et rectè, hic enim actus, vt in præcedenti-
 bus dictum est, sibi inuicem repugnaret, vt scili-
 cet idem ille eodem tempore & inferior & superi-
 or sit. Quin nec legislator nec Deus ipse facere
 posset, vt repugnantia sint in eodē subiecto, teste
 Ang. in consi. clxxxvii. in fi. citat. l. vbi repugnati-
 tia, ff. de reg. iur. vbi Dec. hoc idem confirmat.
 Hinc (vt opinor) Synodus cōtra Symmachum
 Theodorici Regis autoritate coacta, eidē Theo-
 dorico, antequam res agi cœpta esset, duo obiicie-
 bat: conciliū scilicet absque ipsius accusati Pon-
 tificis iussu congregari non posse, nec primæ sedis
 antistitem minorum iudicio subiacere: quasi di-
 ceret, etiam si concilium præcedente ipsius præsu-
 lis autoritate conuocaretur, nobis tamen, qui in-
 feriores sumus contra Pont. Max. ferre sententiã
 non liceret, prius enim obiectum congregandi
 concilij principium respicit, scilicet, vt conuoca-
 tio iniussu Pontificis facta, sit irrita. Posteriùs au-
 tem obiectum ad concilijam congregati autori-
 tatem attinet, scilicet, vt Pontifex, qui etiam con-
 gregationi autoritatem præbuerit, nõ propterea

F iudicari

iudicari possit, & sic tex. ibi, hoc modo expositus, probat, Pontificem etiam sponte concilii iudicio se submittere non posse. In eo enim concilio de iudicandis Papæ culpis agebatur, cui Papa suam auctoritatem impartiendo, cōsequentur etiam se eiusdem cēsuræ vltro subiiciebat, & tamen Synodus ipsa ea verba dixit, quæ paulo antè adscripsimus: & se eo etiam casu Pontifice minorem esse censuit, quod & re ipsa declaravit, nam quamvis deinde Symmachus auctoritatē suam interposuisset, Synodus tamē de eo sententiā proferre haud aulā fuit. Sed hoc modo arbitrata ē, Symmachus

107 Papa sedis apostolicę Præful ab huiusmodi oppositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis & liber: cuius causam totam Dei iudicio referuamus. Hęc omnia habētur in §. hīc etiam. xvij. dist. Quorsū enim illi patres Symmachum, & Papam, & geminando ipsius dignitatē, etiam sedis apostolicę Præfulē, & se homines esse memorarūt; certē non ob aliam causam, nisi vt ex his re ipsa, quod superius dixerant, ostenderetur, scilicet hominibus in eum, qui supra homines est, & qui Dei vices gerit, ius dicere non licere. Nam etiam si prima illa oppositio scilicet nō legitimē congregati concilij sublata esset accedente demum ipsius Pontificis auctoritate, alia tamen adhuc supererat, minori scilicet in superiorem ius dicere fas nō esse. Idq; in ferenda de Symmacho

sententia

sententia præstitit impedimentum: quia vbi duæ rationes æquē principaliter adducuntur, sufficit vna sublata adhuc alteram superesse §. affinitatis. instit. de nupt. & quamvis Symmachus criminū sibi obiectorum reus repertus non fuerit, tamen concilium non tam hominis innocentiam, quā dignitatis amplitudinem respexit, vt videre est, si sententiæ latæ verba diligenter considerentur: Nō enim synodus illa vsa est verbo absoluius, & liberamus, vt in sententijs, quę pro innocente proferuntur, communiter dici solitum est: sed ipse, qui est Papa, & apostolicę sedis Præful, quantum ad homines respicit, sit immunis & liber, perinde ac si diceret, non sit liber, quia eum nostra sententia liberemus, neque sit immunis, quia eū nostra auctoritate absoluiamus: sed quia ipse ē Papa, ipse est apostolicę sedis Præful, nos homines sumus, quibus non licet de eo sententiam ferre. Nemo enim qui condemnare non potest absolueret potest. l. nemo. ff. de regul. iur. Hoc igitur pacto quāuis Symmachus se ab obiectis erroribus expurgauerit, patres tamen in sententiæ suæ verbis non Symmachi innocentie sed dignitatis celsitudini, honorem detulerunt. Nam si eos hominis potissimum mouisset innocentia, illis utiq; vsi essent verbis, absoluius & liberamus, quæ ferē semper in absoluēdis reis proferre iudices solent. Non igno-

108
109
110

bus & vſitatis ſunt argumenta, valida exiſtimari, vt habetur in l. neq; natales. C. de proba. tum etiã quia ex præcedentibus ſequentia declarantur. l. ſi ſeruus plurium. ff. de lega. j. cum ſimil. Sed in principio patres etiam ante cauſę cognitionem dixerant, ſeipſos, qui inferiores erant, ſummum Pontificem iudicare non poſſe, ergo præcedentia cū ſequentibus iuncta id nõ obſcurè indicant: quod ab illis quoq; verbis geminatis confirmatur, vbi dictum eſt, Symmachus Papa & apoſtolicę ſedis Præful: Iſta enim geminatio Põtificiæ dignitatis arguit, eam potiſſimū præ oculis habitam fuiſſe

III Nam vbi verba geminata proferuntur, ibi à loquentibus vim factã fuiſſe Iureconſulti arbitrantur. l. baliſta. ff. ad Trebel. tradit Bartol. in l. cùm ſcimus, C. de agric. & cenſ. lib. xj.

Nec vrget argumētū, quo contra hoc Romanus vtebatur in cõſi. ccccxxij. dicēs Symmachū nõ ex defectu iuriſdictionis fuiſſe ab illa ſynodo abſolutū, ſed quia eius crimina nõ fuere detecta, & quoniã occulta eſſe poterāt, iccirco fuerūt Dei iudicio reſeruata, ad quod probādū attulit textū

II2 in cap. nos ſi incõpetenter. §. itē Symmachus. ij. quæſt. vij. vbi ſecundum eum probatur, priuſquã de calumnioſa illius accuſatione ſynodo conſtitiffet, eam interloquendo declaraffe, Symmachū eſſe prius dignitati Pontificiæ, qua ſpoliatus fuerat, reſtituendū, quàm accuſationibus reſponde-

re cogereſtur. Reſpondeo enim textum illum ſenſiſſe contrarium eius, ad quod fuit adductus, ſi rectè illius verba conſiderentur, ibi, Et ſi rectè videbitur accuſantium oppoſitionibus reſpõderet, ex quibus liquet patres illos decreuiſſe, eum non eſſe cogendum accuſationibus reſpondere, niſi facta prius reſtitutione dignitatis, hoc deinceps eis rectum eſſe videretur. Animaduertendū enim eſt, eos non dixiſſe, & ſi facta reſtitutione de obiectis criminibus conſtabit, damnabitur, vt par erat, ſi Romani opinio veritati inniteretur, ſed tãtum pronuntiarunt, Papam accuſatū nec reſpõdere quidem eſſe compellendum (id quod in ipſo ſtatim cauſę ingreſſu fieri ſolet) niſi ita æquum videretur: Ex hoc enim loquēdi modo licet cõiicere, patres iam inde ab initio ſuæ iuriſdictionis deſectum præ oculis habuiſſe, vt etiã ſupra tetigimus, cum de §. hinc etiã. ſenſu tractabamus, alias enim priuſquã cauſa cognoſceretur, & antequã de veritate ſeu calūnia accuſantiū intelligi quicumque poſſet, ſuã coetus ille autoritatē, in dubiū non reuocaffet. Proinde cum vſque tunc de hoc dubitauerit, ac deinceps ſe à ferenda contra Symmachū ſententia abſtinuerit, conſequens eſt, vt prædiximus, honorem non tam accuſati innocentiæ, quàm Pontificiæ celſitudini fuiſſe tributum. Ex præcedentibus enim et ſequentibus etiam media declarantur, vt prædictum eſt. Atque ita non

modò Romani refellimus argumentū, sed etiā quantum tex. per eum allatus nostræ intentioni præbeat adiumentum, satis superq; ex prædictis liquere arbitror. Et sic tex. in. d. §. hinc etiam, diligenter examinatus probat, concilium declarasse minorem se Pōtif. Max. potestaté habere. Dico etiam si pontifex se concilio subijciat, vt prædixi. Ad idem est tex. not. in c. nunc autem, xxj. distin. vbi Nicolaus Papa probare volēs maiores ab inferioribus iudicari non posse, Marcellini & Syxti

113 Pontificum adducit exempla: aitq; cōcilia contra eos congregata dixisse, nemini primā sedem iudicare licere, ac eis propterea dictum fuisse, vt seipos iudicarent. Aduerte textū in d. c. nunc autem. cū Syxti exemplum adducit, loqui de cōcilio, quod Valentiniani Augusti iussu cōuenerat, cui quidem concilio Syxtus à quodam Basso accusatus se sponte subiecerat, vt ait tex. in. c. mā dastis, ij. quæst. v. & tamen tex. in d. c. nūc autem. ait eum à cōcilio tanquā ab inferiore iudicari nō potuisse, atque ita ipsum concilium declarasse: ergo ibi est irrefragabilis tex. addito d. c. mā dastis, p̄ hās Pōtificē adeò maiorē cōcilio potestaté obtinere, vt tāetsi vellet, se cōcilio submittere ne queat, quod optimis utiq; rationibus ex mente Bellem. affirmat Card. Alex. ī c. inferior, xxj. dist.

114 Nec obstat, Pontifices quandoq; se concilio subiecisse: quia si tenemus, eos iurisdictioni pa-

trum

trum se supposuisse, id de iure dicimus nō licuisse, vt Ioan. And. & Felin. tradidere in c. ecclesia S. M. rixæ, de constit. idq; in præcedentibus confirmatum est. Verūtamen quia non adeò facile credendum est pontifices illos quicquam, quod de iure fieri non cōcederetur, facere voluisse arg. l. si miles qui. ff. de test. milit. Iccirco sanctius esse arbitrari, si fortè diceretur, eos id in sua tamen celsitudine permanentes egisse, scilicet non vt se imperio cōcilij subiacerent, sed vt quadam honestate vitæ suę rationem redderent exemplo Dei, quem quādoq; facti sui rationem reddidisse Diuina monumenta cōmemorant, vt Esaia 44. & exemplo Iob 31. Si contempsi subire iudiciū cū seruo meo, &c. & Ioā. 8. ait Dominus, quis ex vobis arguet me de peccato? Sic quoq; Ioan. 18. inquit, si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c. hoc enim modo videmus Christū etiam ipsum obiecta crimina diluisse, nec tamen propterea dicere oportet eos, apud quos eiusmodi excusationes afferebātur, in eū ius & potestatem aliquā habuisse: Verūm ex perfectione modestiæ id factū fuisse probat tex. not. in c. testes. ij. quæst. vij. quod de Pontificibus quoq; qui id aliquando fecerunt, respondendum est, nec aliter, si rectè inspiciātur, sentire videntur canones, qui dictorū Pontificum exempla cōmemorant: non enim eos se concilij sententiæ submisisse, sed co-

ram

ram cōcilio se expurgasse aiunt, vt non solùm crimine sed etiam suspicione carerēt, vt sentit text. in d.c.mandastis.ibi, suspicionem fugiens,&c. & hoc modo iudiciū illud, inspectionis potius fuisse, quàm potestatis arbitror. Quamobrem sum-

118 moperere laudandi sunt, nedum excusandi Pōtiffices illi, qui, vt scandalum pusillorum auferrent, vtrò se purgare voluerunt: quoniam vnicuique mandauit Deus de proximo suo Eccles. 17. & alibi inquit, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, &c. & rursus, Veh illi per quem scandala veniunt, Matth. 18. non tamē iccirco dicendum puto, eos, coram quibus talis purgatio fit, in Pontificem potestatem habere, cui à

119 Deo iura terreni cœlestisq; Imperij fuere cōmissa. cap. i. xxii. distinct. quemadmodum & de Christo prædictum est. Et quāuis aliās purgatio apud eum, cui iudicandi facultas non desit, fieri consueuerit, illud est in prælatis inferioribus, aliter verò in Pontifice maximo, quo in illo etiā casu concilia sunt inferiora, vt habetur in dicto c. nūc

120 autem. Nō obstat c. nos si. in princip. ii. quæst. vii. quia respōdet Felin. post. Ioan. And. in d.c. ecclesia S. Marię. ibi, iudicium pro discretionem sumi debere. hoc ipsum alii quoque ferè omnes sentiunt, vt per Dec. in d.c. ecclesia. possit & aliis modis responderi, vt per Card. Iacob. in tract. de concil. in q. de submissiōe Papæ. Nec obstat. si retorqueretur

t ex.

tex. in d.c. mandastis. ibi, sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendi formam dans, &c. Ergo videtur pontifex sponte se concilio posse subijcere. Nam si dicimus Syxtum se potestati Synodi supposuisse, respondeo id cōtra ius factum fuisse, vt ait Felin. in d. cap. ecclesia S. Marię. idemq; probat tex. per me diligenter expositus in d.c. nunc autem. Si verò dicimus ipsum concilio se nequaquam subiecisse, sed tātummodò se expurgasse, vt prædictum est, tunc non repugnat: siquidem non modò non reprehendimus, sed laudamus Pontifices, qui se publicè excusando, obiectorum criminum suspensionem tollunt, non tamen concedimus concilia aduersus eos propterea auctoritatem vllam potuisse nācisci per prædicta.

121

Neq; verò illud obstiterit, quòd nouimus, Pontificem Papatui renunciare posse c. j. de renunt. in vj. atque hinc argumentum duci posse, quòd multò magis se concilio possit submittere, quod utiq; minus videtur. Respōdeo enim, actū renunciationis nullam in se repugnantiam continere, quoniam papa renunciando abdicat se a pōtificatu atq; ita superior esse desinit, Rursus dico renunciantem sibi ipsi duntaxat præiudicium afferre: quod utique locum non haberet, si se synodi supponeret potestati: nemo enim eodem

122 tempore & superior & inferior esse potest, cum

G repu-

repugnantia simul esse, villo pacto nequeant, vt prædictum est, per l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Mōstrosum quippe esset superiorem ab inferiore iudicari posse. teste Host. in c. per venerabilem. §. sanè. qui fil. sint. leg. Præterea p subiectionem hanc, non ipsi Pontifici, sed dignitati Pōtificiæ iniuria fieret: vt aiunt Ioan. Andr. & Feli. in d. c. ecclesia S. Marię. Nō obft. quemlibet priuilegio suo renuntiare posse. Quoniam immunitas à iudicio inferiorum non est priuilegium extrinsecus additum, sed de formali ipsius rei essentia & integritate, Præterea etiam si priuilegiū esset, argumentum non urgeret: Id enim tum demum verum est, quum personis priuilegia cōceduntur: hæc autem eminentia potestatis nō personę vlli, sed pontificiæ tradita est dignitati, vt sæpe dictū est. Ergo ei pontifex Maximus renuntiare nō potest, per not. in c. si diligenti. de for. cōp. & in terminis per Ioā. Andr. & Feli. in d. c. ecclesia S. Marię. Sic etiā clericus se ipsum vulnerans nō modo propter propriū ipsius cōsensum nō excusatur, sed excōmunicationis penę subiicitur, propterea quòd priuilegia clericalia læsit, & dignitati suæ iniuriam intulit, ita docuit Alberic. de Ros. in l. peculium autem, §. si ipse seruus. ff. de pecul. & Dec. in l. seruus. C. de pact. atq; ita ex his liquere arbitror, Pontificem etiam vtrò se concilij potestati subiicere non posse, Nam eius est restrin-

gere

gere potestatem, cuius est ampliare, arg. l. qui ventante. §. eius. ff. de regul. iur. sed Papæ potestas, à Deo est. c. quamuis xxi. dist. & vt supra latè fuit ostensum, atq; ideo à nemine præterquàm à solo Deo potest restringi vel dilatari. Præterea nemo citra heresim quicquàm potest detrahere iuribus apostolicæ sedis. c. oēs. 22. dist. Sed minuere suæ potestatis amplitudinem est ledere iura pontificiæ, maiestatis igitur &c. Hinc Nicolaus Papa ad Michaelem imperatorem scribens ait, Priuilegia apostolicæ sedis nullatenus possunt minui, infringi, vel cōmutari, quoniam fundamentū, quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus. Hæc ibi. quam cōclusionem apertè tenuit Io. de Lig. post Vin. in d. c. ecclesia. cæteri q; eam frequentioribus votis approbauere, teste Decio in d. c. ecclesia. Et latè illam confirmauit Card. Iacob. in d. tract. de concil. in quæst. de submissione Papæ. Eandem opinionem Romanus quoq; tandem resipiscens approbauit in singul. cxliiii. vbi se errasse, quia prius contrarium senserat, fateri non erubescit. Pontificis autem culpas (vt reuertamur vndè digressi sumus) à concilio iudicari nō posse, Leonis etiā exēplo corroboratur, qui quāuis à grauib; sceleribus sibi obiectis se in concilio sponte purgauerit, hanc tamen aliis Pontificibus formam non præscripsit, hæc ille in c. auditum. ii. quæst. vii. Hieronymus

G ii quoq;

quoq; in libro virorum illustriū attestatur, Damasum accusatū adulterij se spōte cū xliij. Episcopis expurgasse. Hęc habentur in c. nos si. in fi. ij. q. vij. Pōtificis igitur culpas à nemine mortaliū iudicari posse, exēpla, quæ cōmemorauimus, & auctoritates affirmāt. Quare iam non obscure probatū esse arbitror, Papā errantē, nōn tamen in fide, à concilio tanquā ab inferiore iudicari nō posse.

127 Verūm si quispiā obijciat, Papā saltē in casu hēresis iudicari, per d. c. si Papa. Dicimus hoc propositę cōclūsiōni nō repugnare, cūm primūm. n. Pontifex hēreticus est: cum extra ecclesiam sit, Pōtifex esse desinit, & Pontificiam potestatem amittit. Nam in lege veteri scriptum est, non poteris alterius gentis Regem facere, qui non sit de fratribus tuis. Deut. xvii. faciunt not. per glo. & scrib. in c. si. de ord. ab Episc. qui renunt. Episc. & teste Cypriano didicimus hēreticos & schismaticos nil penitus potestatis habere: quia ecclesia, quæ vna est, & intus & foris esse non potest. Hęc ille in c. didicimus. xxiiij. quæst. j. sic & Nicolaus Papa de hēreticis scribens ait. Hi, quos diuina testimonia non consequuntur, quia extra ecclesiam sunt, pondus humani testimonij perderunt aduersus eos, qui in ecclesia esse videntur. Nec aduersus eosdem ecclesiasticę auctoritatis pondus habere poterunt, qui ab eius fidē discessisse probati sunt. Hęc Nicolaus in c. miramur.

in fi.

in fi. xxiiij. q. i. hēresis enim separat omnem hominem ab ecclesia, vt ait tex. in c. conueniētibus. i. quæst. vii. Hinc dixit Bal. in c. licet de elect. exceptionem hēresis, propriē exceptionē dici non posse: sed nullum esse, ideo Papa huius criminis reus nō est Papa. Propterea & Bellem. & Card. Alex. in c. Anastasius. xix. dist. aiūt, Papā hēreticū inter alios Pōtifices nō cōnumerari, & Anastasij i. i. exēplū afferūt, qui, quoniā hēreticus fuit, in numerum Pōtificum nō refertur: atq; iccirco alius, qui deinde idē nomē assumpsit, Anastasius i. i. nō autē i. i. nūcupatur & de Papa hēretico scilicet vt ideò iudicetur, quia amplius Papa nō est, latē habetur per Card. Alex. in d. c. si Papa. & in rub. xv. dist. & p. Catald. in tract. de pot. Pap. num. 45. & nū. 82. & p. Ias. in consi. xcvi. col. vj. in iij. vol. & talis sentētia, vt ait Petrus de mōte in tract. de pot. Pap. potius priuati iā Pontificis declaratio est, quā noua priuatio, arg. l. quid tamē. §. si arbiter. ff. de arb. & l. sicut. §. sed si quærat. ff. si fer. vād. qui. n. nō credit, iā iudicatus ē. Nos autē de illo Pōtifice, qui Pōticia fungitur auctoritate, loquimur. Quod autē de Pontifice propter hēresim iudicādo prædiximus, ita demū verum esse arbitror, si ipse antequā sentētia pferatur nō reperisceret, ac seipsum corrigeret contra Rosel. Qui in tract. de concil. in iij. q. scriptum reliquit, concilium eo etiam in casu se a ferēda sententiā

in

in Pontificem abstinere nō posse, quod nos à veritate abhorre existimamus. Nā si Teste Apost. ad Titū 3. vt habetur ī cap. dixit Apostolus. xxiiij. quęst. iij. hęreticus homo non nisi post secundam correctionem deuitandus est, ergo multō minus deponēdus. & ita sentit glos. notab. in c. nunc autē. xxi. disti. quod etiā ratione comprobatur, nā vox ista, hęreticus, vox est criminis & pertinacię, vt statim aperiemus, atque ita consequenter dicimus, eum tam diu iudicari posse, quā diu hęreticus est, & pertinax est. Cęterum si ad fidem correctus redeat, cū in praua opinione nō persistat, eum amplius hęreticum appellari non debere, & sacri canones & eorū interpretes sępissimē tradiderūt, illum dūtaxat huiusmodi criminis reum existimantes, qui nimium prauę opinionis hęret, contra c. ne inuitaris, de cōstit. aliter verō sentientes, si eum pœniteat, exemplo Pauli, cū ait, veniam consecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate mea. Cū igitur is hęreticus appellari amplius iure non possit, cū errorem suum non defendat, nec ei pertinaciter hęreat, vt docuit glo. & Bar. in l. i. C. de hęret. & Inn. in c. i. de summ. trin. & Albe. de Ros. in suo dict. in verbo, hęreticus, ergo neq; pœnæ hęreticis statutę suppositus est. Ad quod adduco tex. in c. si Papa. xl. dist. ibi, Huius culpas iudicare pœsumat mortaliū nemo, nisi sit à fide deuius. Ex quibus verbis colligitur,

colligitur, Papam tempore ferendi iudicij à fide deuium esse oportere, nouimus enim qualitātē, 135 quę verbo adiuncta est, secūdum tempus verbi, cui adiicitur, esse intelligendam l. in delictis. §. j. ff. de nox. hoc idē tradidit Ioā. de tur. crem. in. iij. lib. suę summę cap. viij. vbi etiam ponit formā, quę seruanda esset quando Papa de heresi accusaretur. Hęc autē ita demum vera esse credimus, vt is vsque ad secundam correctionē, vt ait Apostolus, expectetur, & non plus, ne hęretico centies à fide deflectere posse, & centies redire concessum videatur. Hoc idem sensit etiā Caiet. in tract. de pot. Pap. & concil. comp. c. cxxiii. & ad p̄dicta videri poterūt, quę scripsit B. Tho. in. ii. ii. quęst. xi. art. iij. & iiii. de receptiōe hęret. & omnino tex. notatu dignus ī c. quia sanctitas, & in c. pōderet, l. dist. Quare optimū cōsiliū hac in materia fore censemus, si Pontifices, quod absit, de huiusmodi crimine accusarentur, vt se paratos esse corrigi, per documenta publica notum omnibus faciant: idq; eo modo, quem docuit Alber. de Ros. in Rub. c. de hęretic. in fi. Vbi ait, protestationem hanc Bonifacio vi i i. cuius memoria accusabatur, multum profuisse. Ex ijs igitur colligo, conclusionem prorsus contrariam Roselli sententię, ipse enim concilium eo in casu à ferendā depositionis sententiā se abstinere non posse senserat, nos verō concilium non modō id posse, sed eiam

etiam debere, ex prædictis arbitramur. maximè p
 tex. in d. c. dixit apostolus. & in d. c. nunc autè. vbi
 secundùm vnam expositionem glo. habetur, con
 cilium à ferenda cōtra Marcellinum sententia se
 abstinuisse, quia corrigi fuit paratus. Hoc idem de
 hæretico Pontifice loquens sensit Rom. in conf.
 cccccxiiij. col. .ij. Neq; obst. si diceretur, si eo ipso
 quòd Papa hereticus è, à Pontificia dignitate ca
 dit, & extra ecclesiam est (vt prediximus) ergo is
 redire non potest, saltem vt iterum Pontifex sit,
 alioqui huiusmodi reditus nouæ electionis vim
 137 haberet, & ita concilium Cardinalibus eligendi
 ius auferret, quod iure fieri non potest secundùm
 Rosel. in d. loco. Respondeo in proposita re ius
 eligendi interpretatione iuris ita demum ad Car
 dinales deuolui, si sententia criminis declaratoria
 subsequatur: quoniam poenæ, quæ pro hæresi ipso
 iure imponuntur, exequi non possunt, nisi huius
 scemodi præcedat sententia c. cum secundum. de
 hæret. in vj. Eam verò proferri oportere lege ali
 qua non probatur. Immo contrarium, quando
 Pontifex resipiscit, paulò antè demonstratum est.
 Quare cum istud ius ad Cardinales reuocabiliter
 deuolutum sit, hoc est, vt ita demum nouus Pon
 tifex eligatur, si is peracta poenitentia non resipi
 scat, idè; à Cardinalibus præcogitari possit, cum
 ex natura rei contingat, eis nulla infertur iniuria,
 vt in simili casu considerat Dec. in c. qui adiligen
 tia.

tia. in fi. de elect. Faciunt ad hoc trad. per Mar.
 Soc. iunio. in confi. 20. vbi ait, rem aliquam alie
 natã dici nõ posse, quando fuit alienata cū pacto
 redimèdi, & fuit redempta, nec mirũ est si absq;
 alicuius solènitatis interuètu huiusmodi reinte
 gratio fiat, nã què admodũ ob delictũ priuatio di
 gnitatis nudo iuris misterio fit, ita per poenitentiã
 139 crimine extincto, res eiusdem iuris nudo miltè
 rio ad primum statum redit, cùm nihil tam natu
 rale sit, quàm eodem modo quodque dissoluere
 quo colligatũ est l. nihil tam. ff. de reg. iur. Nec di
 catur, hoc nouæ electionis vim obtinere, & hoc
 modo ius suum Cardinalibus adimi, quoniã lon
 gè dissimilia esse solent, aliquid nouiter fieri, vel
 actionem ipso iure delatam remitti: nã (vt exem
 plis vtamur) satis exploratum est, Prælatus bona
 140 ecclesiæ, si capituli nõ accedat consensus, alie
 nare non posse, tot. titu. de reb. eccles. nõ alie. Ve
 rum si bona ipso iure ad ecclesiam deuoluantur
 ex eo, quod emphiteota canonem nõ soluerit, vt
 latè docet Ias. l. ij. C. de re emph. Prælatus eo casu
 nõ solutas pensiones recipiendo caducitatem re
 mittere poterit, vt tradũt Card. Flo. & ali. in c. po
 tuit. de loc. Ad hoc accedit Iureconfulti sententia
 in l. qui autem. ff. de his, quæ in fraud. cred. quæ è,
 141 vt quamuis omnis alienatio in fraudem credito
 rum prohibita sit, debitor tamen hæreditatẽ sibi
 delatam absq; aliqua suspicione fraudis repudia

re possit, alienare enim & nō acquirere imparia
 142 iudicātur. l. si sponfus. §. si maritus heres. ff. de do
 nat. iter vir. & vxor. Quapropter idem quoq; &
 hic concedendum est, vt scilicet conciliū, quod
 à ferenda sententia abstinet, nullā ob id Cardi
 143 nali bus iniuriam inferat, neq; nouā electionem
 faciat. imo hoc facilius admittendum est, quia
 in prædictis casibus prælatus ille caducitatem re
 mittere & nō remittere poterat, & debitor hære
 ditatem adire & nō: hic verò concilium ad non
 144 ferendā sententiam tenetur, vt prædiximus. Qua
 re si ea, quæ lege permittente fiunt, iuste fieri so
 lent. l. Gracchus. C. de adult. ergo multò magis si
 lege fiant præcipiente. Præterea apud legum cō
 ditores non insolitum est, vt si quis per senten
 tiam iudicis restituitur, is ad ea omnia, quæ pri
 us erant sua, restitutus intelligatur, idq; non so
 lum si ipsi restituenti, sed etiam si tertio præiud
 145 icium afferat, text. est in l. fin. C. de senten. pas.
 vbi filius qui patre deportato, & liberationem
 à patria potestate, & paternarum rerum domi
 nium erat adeptus, eo restituto vtrunque ius
 amittit. ad idem adduci possunt scrib. in l. Gal
 lus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. Bel
 lem. in decis. dccxliij. & Felin. in c. inter quatu
 or. de maior. & obed. vbi communi cōsensu af
 firmant, eum, qui restituitur, ad ea omnia quæ
 occasione criminis perdidit, restitutum esse
 existimari.

existimari. Si igitur hæc restitutio superioris ope
 ratur, quid mirum si in proposito casu restitutio
 ipsius iuris misterio facta idē operatur? Facit ad
 146 rem glo. not. in l. si testamentum. ff. de testa. cu
 ius hæc sunt verba, Res facilius renascitur quam
 de nouo nascatur, & prædicta mea cōclusio pro
 147 batur, nam videmus bona hæretici ipso iure pu
 blicari, & tamen si is resipiscat antequam senten
 tia declaratoria proferatur, bona sua recuperat,
 & ea amplius occupari non possunt, vt docuit
 Glo. in c. maximum. i. quæst. vii. Glof. in summ.
 xxiii. quæst. vii. Ioan. And. in c. quia diligētia, de
 elect. & in c. accusatus, de hæret. in vi. Card. Zab.
 in Clem. i. §. sanè, in i. quæst. de hæret. & Aret. in
 c. at si clerici, §. de adulteriis, num. 23. de iudi. &
 Philip. Franc. in c. vt cōmissi, de hæret. in vi. vbi
 ad hoc citat Dom. & Imol. dicant alii quicquid
 velint. Nam pro ista opiniōe videtur etiam esse
 tex. expressus in Aut. de priuileg. dot. hereti. mul.
 vbi de mulieribus, quæ propter hæresim & mu
 nera & priuilegia dotalia perdidērūt, ita scriptū
 est, Licebit autem eis melioris sententię factis &
 rectam veramq; amplectentibus fidem perfrui
 muneribus & priuilegiis. Hæc ibi, Ex quibus pa
 tet restitutionem statim ipso iure fieri, & abque
 aliqua iudicantis autoritate.

Nunc ad primum institutum redeundo, si ali
 148 quis fortasse iis, quæ superius affirmauimus, ex

149 mente Abb. opponeret dicens, concilium etiam
quādo dubitatur an Papa hæreticus sit, posse cau-
sam cognoscere, per d. c. si Papa, & tamen adhuc
non liquere, cum ob dictum crimen amplius nō
esse Pontificem, neq; ab eo recedi posse, vt in ca.
cum non liceat. de præscript. & in c. non ne, viii.
quæst. iiii. Respondeo, Cum ista qualitas, quod
Papa hæreticus sit, iurisdictionē cōcilio tribuat.
tunc regulam iuris locum habere disponentem,
vbi certa qualitas iurisdictionē præbet aliter non
habenti. si de huiusmodi qualitate dubium est,
ei, an qualitas illa vera sit, cognoscere licere, vt
150 deinde procedere valeat, per cap. si clericus, & ibi
Ant. de But. Abb. cæteri q; communiter tradide-
runt, de foro compe. l. si quis ex aliena, ff. de iudi.
& Bar. in l. præscriptione, C. si cōt. ius vel uti. pub.
Non mirum igitur si in casu dubio, quando scili-
cet, an Papa hæreticus sit quæstio est, concilium
cognoscere non prohibetur, quia non vt iurisdic-
tionē habens in Pont. Max. id facit, sed vtpote
fundamentum iurisdictionis præparās quā ad
se ratione hæresis ptinere arbitratur. hæc Ias. in d.
cōsi. xcv. col. vj. vers. Nec ob. vnū obiectū D. Abb.

151 Rursus possent aliqui contra conclusionem
nostram insurgere dicentes, Pontificem quādo
in notorio crimine, & scandalum afferente per-
seueraret, iudicari posse, moti autoritate Glo. i. d.
c. si Papa, quā approbat Abb. in c. significasti. de
elect.

elect. & in q. incip. Episcopus i. solut. ij. dub. Ro.
in cōsi. cccccxxij. & Dec. in d. c. significasti. & la-
tè in cōsi. cli. vbi ait Glo. illā canonū interpre-
tibus communiter placuisse, à Theologis autem
dānatum esse, rationes verò autoritate sc; , quæ
pro vtraq; parte adducuntur, ibi videri poterūt,
& per Ias. in d. cōsi. xcv. in iiii. vol. eas enim bre-
uitatis gratia nō recensemus. His ita se potestati
Pontificiæ opponentibus respondeo, Glo. illā,
quæ à Theologis redarguitur, iure optimo repre-
hendi. Nam re vera cōtra tex. suum apertissime
locuta est, si & mēs & d. capituli verba oculo ve-
ritatis inspiciantur. Ibi enim expressum est, Pōti-
ficem, qui notoriè adeò & vehementer errat, vt
ratione scādali secum innumerabiles populos in-
gehennę præcipitiū attrahat, iudicari non posse
nisi sit à fide deuius. Ecce quāuis crimina noto-
ria in Pontifice sint, & scandalum afferant, ob id
tamen ipse nulli censurę suppositus est. Ergo cō-
tra Glo. hoc idē & ratio ibi posita, quę legis opti-
ma est interpres, confirmat. id enim omne à iure
sancitū esse existimatur, in quo eadem ratio est,
vt docuit Bal. in l. data opera, C. qui accus. nec ali-
ter se habet ratio ad legem, quā anima ad cor-
pus, ita Bal. in l. si quis seruo, C. de fur. meritò ca-
sus omnes, qui ab eadem ratione gubernātur, ita
sub lege complectuntur, sicut species sub genere
cōtinentur, vt post multos affirmat Alex. in cōsi.
lxxv.

lxxv. in v. vol. & Dec. in cōf. cccclxxij. & rectè: Nā
 154. lex est, quicquid in ratione consistit, teste Abb. in
 c. nulla ratio. de præb. Ea igitur ratione tradidit
 tex. in d. c. si Papa, Pontificem iudicari nō posse,
 quia cum ipse aliorum omniū iudex sit, indignū
 omnino videretur, si superior iudicio inferioris
 parere cōpelleretur: Nulla enim profectō aut ma
 ior, aut potentior ratio afferri potuisset, cum legis
 latores non modō (vt prædictum est) superiorem
 ab inferiore sed parem à pari iudicari posse nefas
 esse existimauerint. Quare aut contrariam partē
 sequentes sentiunt, Papā notoriè peccātem, vt di
 ctum est, Pontificiam amittere potestātē, aut nō,
 si eam amitti perhibent, tunc istud conclusioni
 nostræ non esset impedimento, quia si is Pontifi
 cia potestate careret, iccirco iudicaretur, quia nō
 amplius Pontifex esset, vt suprā etiam de Papa hæ
 retico traditum est. Si verō aduersantes consen
 tiunt, vt necesse est, Pontificem quomodocunq;
 155. peccantem, excepta hæresi, à Pontificia non cade
 re potestate, quo pacto deinde velint, ipsum ab
 alijs, qui ei sunt inferiores, iudicari posse, non vi
 deo. Semper enim illa potentissima ratio viget,
 quæ à d. c. si Papa, consideratur, eum scilicet, qui
 aliorum est iudex iudicari non posse, sed is ob sua
 crimina aliorum iudex esse non desinit, vt statim
 aperietur. Ergo, &c. Vt in simili casu consequen
 tiam hanc facit Bellem. ad quē accedit Cardinal.

Alexand.

Alexand. in c. inferior, xx. dist. Quòd autem pro
 pter crimina Pontifex à sua iurisdictione non ca
 dat, negari nō potest. Id enim clarissimè habetur
 in d. c. si Papa, Vbi Papam notoriè peccantem &
 innumerabilibus populis graue scandalum afferē
 tem à nemine iudicari posse positum est. Idq; ra
 tione præmemorata, quæ proculdubio non substi
 teretur, si ob eam causam Pontificia dignitas amit
 teretur. Quod satis etiam in præcedentibus fuit
 ostensum, cum plenissimè probauerimus, indi
 stinctè Pōtificis culpas Dei arbitrio referuari, &
 in primam hanc sedem à nemine posse ius dici,
 156. cū enim in cōstitutionibus ibi adductis vnum
 crimen ab alio non distinguatur, neque nos debe
 mus distinguere, præsertim vbi de absoluta Ponti
 ficis ditione tractatur c. solite, de maio. & obed. &
 Extrauag. Vnam sanctā eod. tit. Pontifici enim à
 Deo iura terreni cœlestisq; imperii tuere cōmis
 sa, vt habetur in c. i. xxii. dist. Et per Felin. latè in
 c. i. col. ii. de cōsti. vbi amplissima verba de hoc ip
 so principatu libero & supremo protulit, & idē ibi
 Dec. confirmauit. Papæq; teste Bal. tota monar
 157. chia spiritualis tradita fuit, & Thesaurus omnis
 dignitatis in eo ē, ac ipse ē culmen Episcoporū &
 aliorum, quos potest cōcipere intellectus, cui da
 ta est clauium plenitudo, & eius summa & libera
 est potestas absolutaq; ab omnibus vinculis, & ab
 omni regula coercente, exceptis euangelii tradi
 tionibus

tionibus. Hæc Baldus in procemio Decretal. quæ retulit Dec. in conf. ccccxcviiij. Quare tam ex ijs, quàm ex illis, quæ iã antea cumulatè adduximus constat, amplitudinem Pontificiæ potestatis nullam prorsus distinctionem admittere, atque ideo inter hæc vel illa Pontificis crimina nullum esse discrimen, modò ipse, vt iam sæpe diximus, à fidei tramite non deflectat. Hæc autem conclusio ex illo quoque vehementer confirmatur, nõ solum enim potestas ipso iure, vt diximus, non amittitur, sed nec vlla iuris vi, nulla omninõ ratione Pontifex, ob crimina deturbari, atq; de sede eijci potest, sed tolerandus in dignitate est. Nam si res aliter se haberet: vtique non dixisset Petrus Epist. i. c. 2. subditi estote Dominis vestris etiã discolis. Nec Christus Dominus phariseos, quorũ mores detestabatur, ï potestate cõfirmasset dicēs, Facite quęcũq; vobis facienda esse præcipiūt vt B. Ioan. Chrysostomus inquit in illa verba sup cathedram Moyfi, &c. Quæ referuntur, & in re, proposita esse maximi ponderis ostenduntur in c. non quales. j. quæst. j. Hoc idem si rectè confideremus, apertè Christũ ipsum docuisse nouimus, Matth i 8. Cum dixit. pedem, manum, oculumq; non tamen caput, si scandalum afferret, amputandum esse: non enim vlla ratione credendum est, Deum, cuius perfecta sunt opera, & qui ineffabili sapientia ecclesię suæ corpori mystico provide-

bat

bat, sine mysterio voluisse membra quæcunque scandalum afferētia præcidi: de capite verò nullum verbum fecisse, quãuis illud, à quo membra gubernātur, esset vel imprimis animaduersione dignum. Et quantum à naturali capite humani corporis ad Pãpam ipsum ecclesiæ caput. valida sint argumenta, præclarè docuit Ioã. de lignano in tract. de censura ecclesiastica §. iiii. Hæc eadē sententia sumpto à sacris antiquorũ literis probatur exemplo, legimus enim i. Regũ licet Saul Rex iã vnctione ob suas omnibus notas iniquitates idignus effectus esset, Dauid tamē, qui Dei spiritu ducebatur, nunquam eum capere, aut interficere ausum fuisse, quãuis id facere potuisset, vt legenti historiã liquet. Vbi est, nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, aut descendens in prælio perierit, propitius sit mihi Dominus, vt non mittam manum in Christum Domini. Rursus Non imittam manum in Dominum meũ, quia Christus Domini est, rursus. Quis imittet manum in Christum Domini & innocēs erit? Ecce ergo quamuis Saul Rex esset iniquissimus, & insignis peccator, ï corrigibilisq; tamen Dauid nunquam ausus fuit aduersus eum insurgere, appellans eum, quamuis iprobissimum, Christum Domini, quippe quẽ ob notissima scelera non modò dignitatẽ non amisisse, sed nec eijci sine scelere posse iudicaret. Ita q; Dei iudicio, vt

I & nos

& nos in proposito casu affirmamus dereliquit dicēs, iudicet Dominus iter te & me, & vlciscatur Dominus te & me. Hęc ibi, quę omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autē propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt, vt ait

162 Apost. 1. ad Cor. 10. Hinc Augustinus ait, Memento, Dei sacramētis nihil obesse malorū hominū mores, quin vel non sint, vel minus sancta sint. Item si non habebat Saul sanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? si autē habebat innocentiam, quare innocentem persequeretur? Et ibi paulo post, Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non meritō vitę suę, sed vnctionis, nam sacramentum Dei, quod in malis hominibus est, sanctum est. Hęc ille contra Petilianum, & relata sunt in c. Dōmi

163 nus. j. quęst. j. vbi etiam Caiphę pontificis & grauisimi peccatoris affertur exemplum, qui licet ipse verax nō esset, tamen ob dignitatem, quam, propter incōparabile scelus nō amiserat, honore diuinę veritatis pronūciandę, non est ab ipso Deo indignus iudicatus. Huc accedit illud Paul. Act. 23. nesciebā fratres quia princeps est sacerdotum, eiusdē sententię est Damascenus in libro illo, quem de immaculatis mysterijs edidit. Ecce igitur quā clarē ostendatur, non modō Pontificem ob crimina a Pontificia non cadere potestate, sed imo eum ob tantę præcellentiam dignitatis

dignitatis debere passim ab omnibus venerari, at que in eo summi honoris gradu, (vt etiam infra dicitur) tolerari, nam potestas omnis ex se bona est, quoniā a Deo est, vt ait Apost. ad Rom. 13. Quod autem ex se bonum ac sanctum est, vtiq; a malo administratore foedari nō potest c. fi. xv. q. vlti. proinde etiā sacri canones tradiderūt sacramenta malis quoq; prælatis cōferri, vt videre est in d. c. fi. & in d. c. Dominus, & in c. sicut Christus, & in c. itra. cū seq. j. quęst. j. & in cap. vtrū, de consecr. dist. ij. cū multis alijs, quę citari possent. quod vtiq; esse non posset si tales prælati sua dignitate carerent: idq; clarē docuit B. Thom. in 4. contra gentiles, & Io. de turre cremata in suo lib. contra impugnatores potestatis summi pont. in j. lib. cap. 99. cū seq. quare sunt hęc vitia nō sedi, sed sedentibus non dignitati sed hominibus imputanda. Veneranda igitur est dignitas, quę etiā in malis hominibus toleratur, mores damnandi, aut potius nō tam damnandi, quā, ne Principi maledicamus, sunt, quantū potest, obtegendū. vt filios illos Noë nunquā satis laudatos imitemur, qui patris ebrij pudenda nō detexere, sed operuere. Imitandū est etiam memorabile illud Cōstantini documentum dicentis, si clericum viderem peccantem, meis illum vestibus tegerem, ne ab aliquo videretur, vt traditū est i c. i scripturis, xcvi. dist. Quod si quid aliquando accidat, quod

I ii reprehendi

reprehendi possit, quod palam sit, ut est huma-
 167 num ingenium proclive ad peccandum, tunc
 pro eo supplicandum est, & eo casu non tam quid
 Romæ fiat, spectandum est, quam quid fieri de-
 bea, ut ait Iuriscōsultus, licet aliud agens, in l. sed
 licet, ff. de offic. præsid. & Papam corruptis mori-
 bus viventem, à sua non cadere potestate, & ve-
 rum esse Pontificem, probatur autoritate concilij
 168 Cōstantiensis, in quo Ioan. Hus fuit damnata sen-
 tentia, qua continebatur Papam contrarijs mori-
 bus Petro. viventem verum non esse Pontificem.
 Quare cum dubitare non liceat, Pontificem etiam
 ob mores perditissimos, & graue scandalum affe-
 rentes, à sua non cadere potestate, atque ita alio-
 rum omnium iudicem esse non desinere, conse-
 quens est, eum ob id à concilio iudicari non pos-
 169 se. Quid ergo dicent illi, qui Papam, qui Christus
 Domini est, pro quocunque notorio crimine de-
 poni posse perhibent? Caueant obsecro ne in di-
 ctum illud incidant, Veh vobis, qui dicitis bonum
 malum, & malum bonum, ponentes lucem tene-
 bras, & tenebras lucem, Esaiaë 5. & in c. veh, qui di-
 citis, xj. quæst. iij. eadē enim efficacissima superio-
 ritatis ratio semper viget, quæ à d. c. si Papa, confi-
 deratur, vbi est text. contra glosam suam, quem
 euitari posse non arbitror, cum de publicis crimi-
 nibus & scandalum afferentibus loquatur, & ta-
 men pro Pontifice loquitur, ut prædictum est.

Nec

Nec obstāt responsa, quæ, ut iste text. in euitabi-
 lis euitaretur, Abb. & Decius tradidere. Abbas. n.
 cōcilij Basiliensis fautor, ac defensor, in tract. quæ 170
 de d. cōcilio edidit, in ij. dub. vers. iij. dixi. col. ij. &
 pen. cum negare non posset d. c. si Papa, de noto-
 rijs criminibus sensisse, ait, ibi non concilij sed tan-
 tummodo singularis personæ iudicium excludi,
 quia text. inquit, huius culpas iudicare præsumat
 mortalium nemo: ait enim ipse, concilium pro-
 priè persona non dicitur, neque iudicium eius 171
 mortale, sed diuinum est. Ita secundum Abb. d. c.
 verba, de concilio minimè sunt intelligenda. Sed
 (pace dixerim tanti patris) hæc responsio inepta
 est: Nam si hoc modo ille text. explicaretur, maxi-
 mum sequeretur inconueniens, videlicet Papam
 in casu hæresis ibi excepto, à particulari persona
 iudicari posse. Nam ibi habetur, Huius culpas iu-
 dicare præsumat mortalium nemo, nisi sit à fide
 deuius, ea verò huius dictionis, nisi, vis est, ut id 172
 ponat, quod in oratione præcedenti vetitum est,
 ut not. Bartol. in l. actione. C. de transact. Verū si
 in præcedenti oratione, personę duntaxat particu-
 laris iudicium prohibitum fuerat, & ab hac prohi-
 bitione solus casus hæresis sit exceptus: quod præ-
 diximus, sequeretur omnino, videlicet, eū in ca-
 su hæresis à particulari persona iudicari posse, ut
 in exceptione ponatur, quod in regula negatum
 erat. Hoc autem inconueniens à iure penitus ab-
 horret,

173 horret, quia vbicunque Papam iudicari posse reperitur, semper intelligendum est, à cōcilio Glo. communi consensu approbata in c. sicut inquit, ij. quę. vij. idq; affirmavit ipsemet Abb. in d. tract. de concil. Basil. in secundo dubio, col. ij. habetur per Rosell. in tract. de concil. & per Dec. in d. cōf. cli. & ab hoc nemo vnquam, quem viderim, dissentit. Cū igitur, hæc ita sint, dicimus text. illū de concilij quoque sententia intelligendum esse,

174 ne aliter eo modo legem interpretemur, quo res difficultatem patiat, cōtra l. vnic. vbi Bald. C. de sen. quæ pro eo quod inter. Nouimus enim ita legem non esse exponendam, vt possit à sapiente reprehendi, sicut elegāter docuit Iurecōsultus l. Saluius Aristo. ff. de leg. præst. Sed quidnā magis reprehensibile foret, quā si in aliquo casu Pont. Max. à singulari persona iudicari posse concederetur? Præterea text. illum, de cōcilio sensisse, docuit Glof. c. mandatis, ij. quęst. v. quę Papā ab vniuersali concilio iudicari non posse ait, nisi in casu heresis, & d. c. si Papa, autoritate mouetur, sicq; nō obscurē sentit tex. illum de cōcilio locutū fuisse. idem quoque à c. nemo, & c. aliorum, ix. quæ. iiii. cōstitutum esse superius demonstratum est. Quare ex his Abbatis responsū satis superq; refutatum esse arbitror.

176 Nunc superest, vt Decii responsū dissoluatur. Decius enim conciliabuli Mediolanensis protector,

ctor, cum videret. tex. hunc vehementer vrgere cōtra notorii criminis obiectionē, quę Iulio I. I. Pōt. Max. opponeretur, dicebat d. c. si Papa, etiā si de notoriis Papæ erroribus loqueretur, de his tamen duntaxat, quę in omittendo consistunt intelligi oportere: ponderando ibi tex. negligens, remissus in operibus, taciturnus à bono, &c. Et ideo aliter esse dicebat in delictis, quæ committendo perpetrantur, quia cū hæc grauiora sint, de vno casu ad alium ob rationis dissimilitudinē arguendum non esse perhibebat, vt per glof. in l. si mora, ff. solut. matr. Ceterum & ista Decii opinio valde absona est, quia quicquid aliās sit, negligentię peccatū in prælato grauisimū est. meminimus enim timerenos debere, quod comminetur Deus negligentię sacerdotum, ait Hilarius in c. nulli fas, xxv. quæst. i. Iccirco delictum hoc non minori pœna dignum, quā si dolo perpetratum esset, à legibus existimatur, vt videre est in c. dictū, lxxx. dist. vbi Glo. id adnotādum esse dicit, prælatū pariter pro negligentia, sicut & pro dolo deponendum esse, & ad hoc multos canones hoc ipsum sentientes adducit, hoc idem & Hieronymi testimonio cōprobatur, qui ad Heliodorum scribēs ita locutus est, Infatuatum sal ad nihilū prodest, nisi vt proiciatur foras, & à porcis cōculcetur. Quę verba nihil aliud indicant, quā prælatum negligentē dignitate spoliandum esse, teste Glo. in c. nō omnes, ii. quæst.

quæst. vii. accedit Glo. in c. sepe fit, xii. quæst. ii. Idè colligitur ex his, quæ Deus negligenti speculatori comminatur Ezech. 33. Quare autem inter hæc crimina in prælato nullum discrimen sit, ea ratio esse potest, quia, qui ad sacerdotale munus assumitur, præconis officium suscipit. c. sit rector, xliij. distin. Et hoc potissimum ad Pontificè pertinet cap. officii, xxiiii. quæst. i. Verùm is, qui proferendæ veritatis onus assumpsit, ita dicitur proditor veritatis, eam tacendo, ac si mendacium loqueretur cap. nolite timere, xi. quæstione iii. Idq; attestatur etiam Augustinus ad Casulanū dicens, vterque reus est, & qui veritatē occultat, & qui mendacium profert, quia ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat, quæ paria sunt, vt habetur in c. quisquis metu, xi. quæst. iii. Hinc testis qui se ad dicendam veritatem astrinxit, ita ob veritatem, quam tacuit, sicut ob prolatum mendacium, falsi criminis reus efficitur. c. i. de cri. fals. quādo enim aliquis seu à pacto, seu à lege ad non negligendum onus, quod suscepit, astrictus est, tunc eum si negligit, perinde ac si committeret, peccare docuit Ang. in consil. lxxii. & in proposita re omittendus non est elegans tex. in l. si seruus, §. si fornicarius, ff. ad leg. aquil. & tex. cūm Glo. in c. inferiorū. lxxxvi. dist. Cūm hæc igitur ita se habeant, vt negligere, & committere in sacris Episcopis paria iudicentur, dissimilitudo illa rationis, quam frustra

excogitauit.

excogitauit Dec. cōfutatur. Cuius commento reclamant apertè verba illa d. c. huius culpas iudicare, &c. Vox enim illa culpas indefinite prolata ē indefinitam porrò idem posse, quod vniuersalis fatis explorati iuris est l. si pluribus, ff. de legatis ii. quamobrem indistinctè omnes culpæ sub illo verbo cōtinentur, neq; vna ab alijs distinguenda est. Ita arguit tex. in c. solite, de maio. & obed. & i Extrauag. Vnam sanctam, eod. tit. & quamuis tex. in princip. d. c. si Papa, de negligente Pōtifice exempli causa locutus sit, nouimus tamen, & legem ab exemplis nō coangustari. §. hactenus, Institut. de grad. & constitutionem strictè loquentem à pinguiori ratione dilatari consueuisse l. cūm pater, §. dulcissimis, ff. de leg. ij. l. regula, §. licet, vbi Bar. de iur. & fact. ignor. sed i d. c. pro ratione. sublimitas Pōtificiæ dignitatis affertur, quæ in vtroq; casu pariter exuberat, ergo idem ius, vbi eadem ratio: præsertim cum id indefiniti verbi virtus postulet Hæc eadem contra Dec. conclusio, ratione optima comprobatur: Nam non incognitum est. exceptionem de regula esse oportere, l. fin. §. cui dulcia, ff. de vin. ole. trit. leg. Bar. post Glo. in l. i. ff. de reg. iur. Sed i d. c. si Papa, à regula casus heresis fuit exceptus, qui in committendo consistit, cum declinare à fide, & sacris constitutionibus pertinaciter aduersari, hoc ipsum importet: ergo, vt exceptio de regula sit, in regula etiam crimina, quæ

K eiusdem

eiusdem nature sunt, & committendo fiunt, com-
 præhensa esse concludendum est. Quare & hoc
 188 Decii infirmato respõso, tex. in d. c. si papa, illæsus
 remanet, à quo apertissimè declaratum est, scele-
 ra Pontificis etiam notoria & qualiacunque sint,
 dempto errore fidei, iudicari non posse: sed ob
 celsitudinè dignitatis & potestatis amplitudinè,
 quæ in eo est Diuino iudicio referuari. Cui non
 obstat ratio, qua aduersarii mouebantur, dicen-
 tes, iccirco Pontificem propositi criminis reum
 damnari posse, quia hæresim sapit, cum in noto-
 189 rio crimine pertinax sit. Primò. n. id cõtra d. c. esse
 demonstratũ est: deinde uis quæstionis in eo uerti-
 tur, an Papa ob id desinat esse Põtifex nec ne: nã
 si eũ Põtificia carere dignitate dicimus, tunc ideo
 iudicari posset, quia penes ipsum Pontificia non
 est potestas. vt de vero hæretico superiùs dictum
 est, & hoc conclusioni meæ non repugnaret. quia
 concilium hoc modo maiorem Põt. Max. autori-
 tatem habere non diceretur. Si verò eum à Ponti-
 ficia dignitate non cecidisse affirmamus, vt verũ
 est, & ex prædictis liquet, tunc ideo iudicari non
 potest, quia ipse aliorum omnium iudex est. Ista
 enim est illa inconuincibilis ratio, cui sacræ con-
 stitutiones constantissimè innituntur, & quæ in
 d. ca. si Papa, consideratur. & cõsequentiam hanc
 (vt dixi) facit Bellem. & Card. Alexad. in d. c. infe-
 rior, Ex hoc etiam infertur, verum non esse, id,
 quod

quod hæresim sapit, in constitutione de hæresi lo-
 quente, contineri. Id enim de sola hæresi vera, vt
 est error in fide, intelligendum est, vt tradit Glof.
 in c. si quis pecunia, lxxix. distin. & B. Tho. in iiii.
 dist. xix. & Card. Alex. in d. c. si Papa, & Feli. post
 Dõ. in c. sciscitatus, col. ii. de rescript. quod maxi-
 mè verum est existente tanta inter hos casus ratio-
 nis dissimilitudine, vt ibi amittatur, hìc verò Põ-
 tificia potestas retineatur, & ab hac ratione leges
 pendeant & prophetæ. Nam, vt Zepherinus Papa 190
 testatur, maiorum quispiam minorũ accusatio-
 nibus non impetatur c. maiorũ, ii. quæst. vij. Non
 tamen inficiamur Papæ clauibus expressè abuten-
 ti, & notoriè quæ mala sunt præcipienti, in illis ca-
 sibus parendũ non esse. c. manet, xxiiij. quæstio. i.
 c. & si illa, i. quæst. vii. idem affirmauit Inno. in c.
 inquisitioni, de sent. excom. cui accedũt alii ibi &
 Card. in cons. cxlvii. in fi. & in cons. cl. in fi. Quod
 tamen intelligendum est, quando talia Pontifex 191
 sine iusta causa præcipit: Nam ex causa etiam cõ-
 tra vniuersalem statũ ecclesiæ statuere non pro-
 hibetur, secũdũ Innoc. in c. quanto, de consuet.
 Non igitur Pontifex errãs damnari poterit: Im-
 mo in reliquis ligandi fungitur autoritate, vt pro-
 batur in c. in memoriam, xix. distin. vbi habetur,
 in memoriam B. Petri summo Pont. parẽdũ esse,
 etiam si vix ferenda præcipiat. Idem colligitur ex
 tex. & Glo. in c. ipse ligandi, xi. quæst. iiii. ibi. n. in

- 193 text. declaratum est, Pōtificem ligandi potestate carere, quādo eam pro voluptatibus suis exercet, Glo. ibi quamprimum ait, eū ob id depositione dignum esse, vt dicunt etiam, qui aliam partem sequuntur, sed illico Glo. ab hac opinione discedit inquit, ei in illis abusibus parendum non esse:
- 194 Nouissima enim opinio præualet, vt per Glo. in l. qui filium §. i. ff. ad Trebell. Quare ibi Glo. est, quæ hoc modo cōsiderata, sn̄iam hanc approba- uit, quam etiam expresse sensit Glo. in c. manda- stis. ii. quæst. v. cum ait, Papam pro nullo crimine, nisi pro sola hæresi iudicari posse, citat d. c. si Pa- pa, idq; sequitur Glo. quæ eiusdē capituli authorita- te mouetur ī c. i. de renū. ī vi. accedunt Ioā. Andr. & Host. in c. proposuit, de præbend. & Card. Alex. in c. synodū, col. ii. xvii. distin. & in d. c. si Papa, & in c. Anastasius, xix. dist. Quæ quidem opinio etiā confirmatur per text. in c. oues, ii. quæst. vii. oues pastorem nec repræhendere, nisi a fide exorbita- uerit, nec vllatenus accusare possunt, quia facta pastorum ouis gladio ferienda non sūt, quamuis repræhendenda rectè videantur, & vt S. Anterius
- 195 Papa testatur in c. facta, ix. quæ. iii. Facta subdito- rum iudicātur a nobis, nostra verò a Domino iudicantur. loquitur enim de factis peccatorū Pon- tificis, dum subiungit, deteriores sunt, qui vitā & mores corrumpunt iis, qui substantiam aliorum prædicaq; diripiunt. Et vltra prædicta conclusionē
- hanc

hanc approbat Glo. not. in d. c. si quis pecunia, & B. Tho. in iiii. dist. xix. atq; huic sententiæ acces- serūt Albertus Magn. Pet. de Palu. Herueus, Vlri- cus, Aug. de Anch. & alij relati per Ioā. de Turr. Crem. in lib. de eccles. hoc idem latè cōprobauit Caietanus in tract. de autor. Pap. & cōcil. & eccl. cōpar. c. xcvi. & c. xxvij. Quibus addo Card. Ioā. de Imol. & Feli. quos retulit, & secutus est insignis Doctor Ioā. Bap. Cast. ī addit. suis ad sing. Rom. num. 794. concludens, Papā scandalum afferenti- tem ad renunciandū Pontificatum vlllo pacto cogi non posse, atque idēo nec de sede eiici, ne quod vna via prohibetur per aliam concedatur. c. cum quid, de regul. iur. in vi. Quinimo superio- ribus temporibus fuit inter iuris iterpreses disce- ptatum, posset ne Papa vltro suæ dignitati renū- ciare, an non; vt videre est, in Glo. c. i. de renun. in vi. ad cuius controuersia diffinitionem pro- mulgata fuit sanctio illius. c. i. Quare ita colligi- tur argumentum. Si Papa iustis de causis secundū iuris diuini, aut humani constitutiones ad renū- ciandum pontificatum cogi quoquo modo po- tuisset, vtiq; extra dubitationem extitisset, eū sal- tem sponte posse pontificatu se abdicare, ne igitur sine vlla ratione inter tot sapientes sit decer- tatum, absq; difficultate cōcedendū videtur, Pa- pam ratione cuiuscunq; scandali inuitum de se- de eiici nō posse. Et meherculē nisi ita diceretur, aperte

aperta esset via principibus laicis, qui sapissimè Romanis pontificibus sunt infesti, ad ponendam eorum dignitatem in magno discrimine, possent enim aduersus Pontifices ob illorum potentiã multa confingere, quæ maximas in ecclesia Dei procellas facillimè excitarent; quibus est obuiãdum l. conuenire. ff. de pact. dotal. Et ideo concludendum est, cum Specul. in titu. de accusato. Papam pro solo crimine hæresis accusari posse; Ad quem accedit Pet. de Anch. in repe. cap. Accessorium de reg. iur. in vi. in quæst. illa. Vtrum Gregorius xii. obligatus esset pontificatui renũciare. Neque id (vt nõnulli faciunt) obijciendum est, omnino veritati consentaneum non videri, Pontificis scilicet errantis culpas à nemine iudicari posse, ne hoc modo capite languescente mēbra infirmentur. Nam Deus quandoque ob peccata populorum & malos antistites, & corruptis moribus Principes regnare patiit. Lux. illud Osee 13. Dabo vobis Regē in furore meo. & Iob 33. Qui regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi. Hinc Hieronymus, Non semper princeps populo, & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt, si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu Dei, datur nobis princeps secundum cor nostrum. Hæc ille in c. audacter. viij. quæst. j. Quod Euaristus quoq; Papa confirmat in c. nõ

est

est. ij. quæst. vij. Quod si ipsi nos corrigeremus, & charitas in nobis refloresceret, fortè honestioris vitæ superiores tam clericos quàm laicos habemus. Quare talis Pontifex tolerandus est, tū quia ex hoc forte bonum in ecclesiam peruenire poterit: tum etiam quia, vt Augu. ait, non est magnum tolerare illum, qui à Deo Opt. Max. toleratur. Eiusdem quoq; sententiæ fuit Petrus antea citatus in Epist. 1. cap. 2. vbi ait, Subditi estote Dominis vestris etiam discolis, hæc enim est gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Hæc ibi, Neque timendum est, vt quandoque aduersarij autumant ob reprobos summi Pont. mores vniuersalem ecclesiã subuerti posse. Nam cum ea Christus fore se vsq; ad cõsummationem seculi pollicitus est, Matth. vlt. Hinc Deus, vt apud veteres scriptum est, in pastores illos inuehitur, qui potestate abutentes gregem dilaniant, dicens, Liberabo gregem meũ de ore eorum, & non erit vltra eis in escam: visitabo oues meas, & liberabo eas 1 die nubis & caliginis, Ezech. 34. Sic etiam Balaam veniens ad maledicendum populo, cui Deus benedixerat, ab ipso Deo prohibitus est, vt legitur nu. 22. Item Anastasius. 11. cum vellet Achacium reuocare nõ potuit, quia ab ipso Deo fuit pcussus, vt habet in. c. Anastasius cū gl. 19. dif. Et iõ teste Hilario de trin. lib. vij. cuius meminit Oldr. in cõf. cclv. &

Card.

Card. Alex. in rub. xv. dist. col. iiii. Proprium eccle-
 siæ esse solet, vt tūc vincat cūm læditur, tūc intel-
 ligat cūm arguitur, tūc secura sit cum videtur su-
 perata. Et S. Rom. Ecclesia, quæ semper immacu-
 lata pmāsit, Domino prouidēte, & B. Petro Apo-
 stolo opem ferēte, firma & imobilis omni tem-
 pore persistet. Hæc Hieron. ad Damasum, habe-
 tur in cap. hæc est fides, xxiiii. quæstione. i. scriptū
 205 enim est, quod portæ inferi nō præualebunt ad-
 uersus eam, scilicet ecclesiam, & nauicula Petri
 fluctuare potest, submergi verò non potest. c. nō
 turbatur, 24. quæst. j. Fuerunt fanè diuersis tem-
 poribus piculosissimæ procellæ, & teterrimi tur-
 bines ī ecclesia, veterisq; discipline perturbatio,
 ac mores antistitū perditissimi, & ab omni Chri-
 stiana professione penitus abhorrentes: semper
 tamē ecclesia tempestates euasit, semper Dei lu-
 men & auxilium affuit, semper deniq; ventorū
 vim, & quancunq; temporum difficultatem in-
 uictō virtutis robore superauit. Quare ob id ec-
 clesiam periclitari nō posse, minimè dubitādum
 est, sed pro tali Pōtifice tāto propēsius orandum
 est, vt habeatur in dicto c. si papa, & multis modis
 potest modestè admoneri, vt per Card. Alexan.
 in Rub. xv. dist. & hoc modo. d. Card. Alexā. tue
 206 tur, Glo. d. c. si Papa, in quies cōcilium cōgregari
 posse, vt Papa eo casu admoneatur, nō autem vt
 deponatur, hæc ille in d. c. Synòdum, col. ij. ī cuius
 sententiam

sententiā inclinare videtur etiam Iason in conf.
 xcv. in iiii. vol. & quāuis hic illius Glo. sensus esse
 non possit. Illud tamen verum puto fore, vt vbi
 Deus ecclesiæ suæ periculū viderit imminere, aut
 malum Præfulem eripiat, aut cor illius immutet,
 cum præfertim cor Regis in manu Dei sit, Pro- 207
 uerb. c. 12. aut inenarrabilibus modis illi succur-
 rat. Itaq; concludendū est. siue Deus (vt diximus)
 velit malum principē regnare ob scelera populi,
 siue aliquo modo permittat, vt fortasse iusti exē-
 ceantur, ei à nobis parendum esse atque eius iudi-
 candi & castigandi potestatem Deum sibi soli re-
 seruasse vt etiam antea citata cōfirmant, quæ pru-
 denter Symmachus ait: Nolite existimare eas ani-
 mas inquisitionis non habere formidinem, quas
 Deus præ ceteris suo reseruauit examini, non ha- 115
 bet apud illum reus de allegationis nitore subsi-
 dium, quando ipsorum factorum vtitur eo teste,
 quo iudice. Hæc ille in c. aliorum, ix. quæst. iii. Nō
 omitto Petrum de monte in d. suo tract. Glo. illā
 d. cap. si Papa, maledictam appellasse, dixisseq; eā 115
 non sentire, Pontificem pro notorio crimine de-
 poni posse, sed accusari tantum: fortè vt repræhē-
 datur, & modestè corrigatur, secundum doctri-
 nam Apost. ad Timoth. 5. Seniorē ne increpauē- 208
 ris, sed obsecra vt patrem, & vt ei in his malefactis
 resistatur, exemplo Pauli Petrum reprehendētis,
 quod legimus in c. Paulus Petrum, ij. quæst. vii. nō
 tamen

tamen, vt deponatur. Quemadmodū nec Petro
 209 ob eius delictū Pontificia dignitas fuit adempta.
 Postremò præsupposita aduersantium opinione,
 quam tamen constanter negamus, per prædicta
 fortasse noua quæstio excitari posset, an scilicet
 eo casu omnium patrū consensus nemine peni-
 tus dissentiente requiratur, & hoc quoniā, vt tra-
 dit Bal. in l. Barbarius, ff. de off. præt. in addit. siue
 apo. col. .iij. sicut prælatus habet ius in subditos, ita
 210 & subditi ius reale in eum, vt eis subsint, in cuius
 iuris quasi possessione sunt, quemadmodū & fili-
 us in quasi possessione filiationis. Idem clarè ait
 Inno. in c. Auditis de præscrip. Dicens inter esse
 subditorū ne mutēt Dominos. Quibus stantibus
 illud sequi videtur, vt vnanimis omnium patrum
 211 consensus exigatur: cum enim eo casu de auferen-
 do cuique eorū iure & dicta quasi possessione aga-
 tur, explorati iuris est, in re communi potio-
 rem esse prohibētis causam l. Sabinus, ff. comm. diuid.
 cum cōcord. Et ita similem quæstionem decidit
 212 Archid. in c. si transitus, lxxix. distin. Quod etiā
 cōprobari posset per tex. sing. in §. fin. in Aut. de
 defen. ciuit. quē valdè extollit Rom. in sing. xcv.
 & multi ibidem in addit. relati, vbi habetur, quòd
 ad cōfirmandum defensore omnia suffragia exi-
 guntur. Si ergo actum confirmationis vnus dis-
 sensus infirmat, quāntò magis depositionem Pō-
 nificis summè odiosam? Accedat regula c. vbi pe-
 riculum.

riculum. de elect. in vj. Et hoc præsertim cum in 213
 re dubia tutior via sit eligenda c. iuuenis. de spon-
 sal. Cæterum quia nos prædictæ conclusioni no-
 stræ constanter adhæremus, sufficiat hoc tēpore
 præsens dubium excitasse, pro cuius decis. videri
 possent tradita in c. cum omnes de constit. Nunc
 vt quæcunque hactenus dicta sunt in breue com- 214
 pendium redigamus, illud in summa colligimus,
 nullam prorsus esse concilij potestatem in eum,
 qui iure sit Pontifex. & quamuis tria sint, in qui-
 bus prima fronte aliud videri possit, primum vbi
 plures de Pontificatu cōtendunt, alterum vbi Pō-
 nificis electio est irrita, tertium vbi fuerit hereticus
 Pontifex: horum tamen nihil conclusioni nostre
 obstat. Nam & in eo, quod primò diximus, vbi
 nō apparet quis sit Pontifex perinde est ac si non
 esset, cum non esse & non apparere paria esse iu-
 dicētur. Quod autem secūdo loco tractatum est,
 qui legitime non est electus, is neque Pontifex ap-
 pelli meretur, nec Pōnificia subnixus est autori-
 tate: is denique, qui in hæresim lapsus contuma-
 citer in praua opinione perseuerat, ne inter Pon-
 tifices quidē numeratur. Quæ omnia euidentissi-
 mis rationibus, & maximorum virorum authorita-
 tibus, superiùs ita ostendimus, vt plura addere su-
 perfluum videatur. In reliquis autem Pāpam quā
 quam manifestissimè peccantem, neque ab vllō
 mortalium iudicari posse, neque potestatem suā
 L ij concilii

concilij cēsuræ iure posse submittere abundè probatum est: & hæc, quod ad prius nostrę distinctionis caput attinebat, dixisse satis sit. Nam quæ de criminosis Pontificis autoritate polliciti fueramus, cumulatè præstitisse nobis videmur.

S E C V N D A P A R S.



VN Ciam igitur secundam partē aggrediamur, in qua quid iuris sit quando non de Papa iudicando, sed de expediēdis ecclesiæ negotijs agitur, inuestigandum est. Atq; vt rem hanc, quæ satis proli-

- 1 xa est, & fortasse hæctenus non recto ordine pertractata, planam faciamus, eam in tria tempora diuidendam esse iudicavi, vt primū videamus quid fieri oporteat, cum cœpta negotia ab antea actis concilij decisa non sunt. Secundo loco an Pontificis potestas super ea sit, quæ ab illis satis decisa fuisse videri possunt. Tertio vbi legitimè coacto concilio dissentit Pontifex à patribus,
- 2 vtra sententia sit præferenda. In primo itaq; casu quærendum est, an occurrentia negotia, qualiacunque illa sint, à Pontifice Maximo expediri possint, an vero aliqua tanti ponderis sint, vt nō nisi

nisi de concilij consensu decidi valeant. Hic non defuere, qui voluerint fidei & vniuersalis ecclesię causas, ad solum concilium pertinere, moti autoritate Gregorij, qui de quatuor primis cōciliis ait se illa summa deuotione amplecti, quia in eis velut in quadrato lapide sanctę fidei structura confurgit, & cuiuslibet vitæ communis atque actionis norma consistit, hæc ille in c. sicut. xv. dist. & per istum tex. voluit Glo. & ibi nonnulli per Card. Alexand. in c. Anastasius. xix. dist. memorati quæstionem fidei solius autoritate concilij decidendam esse. in hanc quoq; sententiam adducebantur, qui hanc partem sequuntur, per tex. in d. c. Anastasius, quo exprimitur Anastasium, iccirco hæresis crimine dānatum fuisse, quia absq; concilio Episcoporum, Achatij eius criminis rei particeps fuerit. Pro hac eadem opinione afferunt tex. in c. habeo librum, xvi. dist. vbi habetur oportuisse, vt Synodus vniuersalis contra quorundā hæreticorum prauitatem canones promulgaret. Nam, sicut ibi Gem. ait, Verbum illud, oportuit, verbum necessitatis est, ex quo inferitur, de his, quæ ad fidem attinent, absque concilio statuta sanciri non posse: ita Andr. Sic. in addit. ad Abb. in c. quod translationem, de offic. delega. vbi pro opinionum cōcordia subiunxit, fidei negotium, quod graue & arduum est, ad solam Synodum pertinere: si verò tale non sit, Pontificem Maximum

mum id decidere nõ prohiberi. Quæ opinio etiã
 ex mente la. est in confi. xcv. col. iiii. versu. Et li-
 cet solus Papa, in iiii. vol. vbi Glosam i d. c. Ana-
 stasius, intelligit, quando causa fidei ardua est, &
 hoc modo prius eã intellexerat Abb. in q. incip.
 Episcopus, in iij. char. cuius meminit Card. Alex.
 in d. c. Anastasius. Verum enim uero ijs, quæ pro
 hac parte afferuntur, non obstantibus & contra-
 riam sententiã potiolem esse, & hanc opinionũ
 concordiaũ veritate carere demõstrabimus. Atq;,
 vt planior hac fiat materia, illud constãter affir-
 mamus, Pontifici in Petro omnium causarum &
 præcipue maiorũ decidendarũ potestãtẽ tributã
 esse. Secundo causam fidei à Pontifice terminari
 posse. Tertio quæstionẽ fidei præsertim ad Ponti-
 ficem referendã esse. Quarto eam potissimũ ad
 Põtificem referri debere, quæ sit ardua, & ex hoc
 ultimo malè concors illa concordia destruetur.
 Primo igitur dico, omnium negotiorum &
 præcipue maiorum, iurisdictionem esse in Pon-
 tifice Maximo. Quia Pontifex eadem autorita-
 te fungitur, quã habebat & Moyses teste B. Ber-
 nardo ad Eugenium, sed ad Moysem præsertim
 maiora referebantur: alia verò, vt ipse minus gra-
 uaretur, ab alijs quos ipse elegerat, decidebantur,
 vt legitur Exod. 18. & Deut. 1. Ergo, &c. Id etiã
 probatur ex his, quæ habentur Deut. 17. vbi quã-
 do occurrebant ardua, iussit Dominus ad eundũ
 esse

esse locum, in quo sacerdotes leuitici & iudex,
 qui super eos erat, sedebant: & illos, qui sacerdo-
 tis imperio non obediebant, morte dignos esse
 declarauit. Sed ille sacerdos, nunc Pontifex Ma-
 ximus est, vt aperte ostendit tex. in c. per venera-
 bilẽ. §. rationibus. qui fil. sint leg. ergo Pontificis
 est præsertim in arduis imperare: & eius imperio
 parendum est, ita iubente Deo, nec dicat aliquis:
 tex. Deut. non de solo summo sacerdote, verũ &
 de adiutoribus loqui, quia adiutores illi non ad-
 minuendum summi sacerdotis imperiũ, sed ad
 labores adimẽdos erant assumpti. vt nuperrimẽ
 dictum est, quod cõfirmatur per nõt. in d. §. vbi
 scriptores communiter consenserunt, solũ Pon-
 tificẽ sine adiutoribus ardua expedire posse. Quã
 conclusionem eò in libro, qui à me de cardinala-
 tu conscriptus est quæst. xxxix. latissimẽ probaui.
 Hoc idẽ indicant verba, quæ Pontifici in Petro
 dicta fuere. Quodcũq; ligaueris, &c. Matth. 16.
 quæ quidẽ verba, cũ vniuersalia sint, omnia cõ-
 tinet, & nihil ab eis intelligitur exceptum, vt ait
 tex. in c. solite, de maior. & obed. Ergo cũ vnum
 negotium ab alijs seiũctum non fuerit, ne nobis
 quidem id facere licitum est, vt ait tex. in d. c. so-
 lite. & in Extrauag. vnam sanctã, eod. tit. vbi ex
 infinitis propemodũ antiquæ & nouæ legis auto-
 ritatibus ostẽditur, omnia Romano Põtifici dei
 necessitate salutis subesse: quod qui non credit
 ibi

ibi legat. Quod tamē etiā nos in superioribus multis rationibus, & locupletissimis clarissimorum virorum testimoniis, comprobauimus, ad quę accedat hoc idem fuisse rationibus optimis confirmatum, per Glo. in Clem. ad nostrā. de heret. Ad rem facit tex. not. in c. j. xxij. distin. Qui absolute ait Petro iura terreni celestisq; Imperii à Deo commissa fuisse, & aliter credentem heresis criminis reum esse. Idem attestatus est Bald. in proem. Decretal cui accedit Dec. in cōsil. cc. cxcviii. col. fin. dum ait esse in Pontifice totam monarchiam spirituales, & eius potestatem absolutam esse ab omni regula coarctate accedat tex. in c. rogamus, xxiiij. quæstio. j. vbi habetur ita Deo precipiente cuncta maiora negotia ad ecclesiam Romanam esse referenda. Idem legitur in c. dudum, iij. quæst. vi. & cum dicimus ecclesiam Romanam, de potestate summi Pontificis loquimur, vt colligitur in d. cap. dudum. vbi ob autoritatem Petri defertur ecclesie Romanæ, quę illius nomine consecrata est, quod confirmabitur ex infra dicendis, dum citabitur Ciril. Zab in Clement. vna. de Summa Trinit. §. nos igitur. & Papam plenitudinem potestatis habere probatur in c. cum ex eo, de poenit. & rem. iij. vbi Innoc. I I I. id in cōcilio generali affirmavit. Idē expresse voluit B. Bernardus in Epis. ccxxxviii. inquit quamuis alii in partem sollicitudinis vocati sint, Pontificem tamen solum plenitudinē habere

habere potestatis. Vt etiam docuit Paul. de cast. in consi. 414. in facto præfenti in primo vol. Ad idem est tex. in c. ad honorem. de aut. & vs. pal. quod & B. Thom. confirmavit in quod lib. iij. art. xij. Sed quis Cyrillo de huiusmodi potentie plenitudine vel altius, vel illustrius, vnquam locutus est? Qui in lib. Thefaurorum ait, Filiū Dei, quemadmodum ipse à patre accepit ecclesie & gentium sceptrum, & potestatem super omnem principatum, & super omne quodcūq; est, vt in eius nomine genua cuncta curuentur: ita eandem amplissimam potestatem Petro & successoribus suis plenissime concessisse. Hinc iuris vtriusque consulti votis frequentioribus affirmarunt, Papam in hac iurisdictionis amplitudine etiam potestatem vtriusq; gladii accepisse, atque ideo ipsum quoque imperium ab ecclesia dependere, & ita de necessitate salutis credi ac teneri firmiter oportere, vt traditum est in cap. nouit, de iudic. per. Abb. Panorm. in consi. xxviii. in primo vol. Aret. in consi. lviii. & per Bart. in l. i. ff. de requir. reis. vbi ait, Dantem propterea quod contrarium senterat, ab ecclesia fuisse quasi dimnatum. Ideo idem Barto. sing. ait in tract. ad reprim. in verbo. per edictum, Papam posse citare quemcūque & in quocunq; loco existentem, quoniam ubiq; est Dominus. Et eum posse omnia, modo contra fidem non sentiat, tradit. Soc. in cōs. xlii. in i. vol.

Alexan. in consi. cvii. in ii. vol. & Feli. in c. si quādo, de rescrip. Dec. in consi. cxxxviii. in i. volu. & de hac ipsa Pōtificiæ potestatis amplitudine pulcher est tex. in Clemen. i. vt lit. pend. & in c. Episcopo. 9. q. 3. & est tex. not. in c. nolite errare. 1. 1. dist. Ratio autem vltra prædicta huius tam amplæ autoritatis est in prōptu. Cum enim ad Romanum præfulem potissimū spectet remp. Christianam ad benè beateq; viuendum non modo hortari verum etiam vrgere & compellere. C. de iudæis. 45. dist. consequens est, vt ei quoque illa omnia intelligantur esse cōcessa sine quibus hæc agi non possunt l. ii. cum ibi trad. ff. de iuris. om. iud. c. Præterea de of. deleg. & ad hoc leges notatu dignas attulit Ang. in consi. 290. Cōstat aut sine causarū cognitione, sine correctione morū, ac etiam penarum iniūctione, quibus mali coercentur, & boni quiescunt, nō posse homines ad hanc vitæ honestatem adduci, cap. cum & plantare, de priuil. cap. factæ. 4. dist. & habetur in titulis tam ciuilibus quam pontificiis iuris, qui de pænis inscribuntur: Igitur ad Papam pertinet hortari, cōpescere & punire, quæ omnia sine huius amplitudine potestatis exerceri non possent. Et latissime hanc iurisdictionem coactiuā, in omnes fideles tuetur Io. de turr. crem. 1. lib. ii. suæ summæ cap. 45. cum seq. Proinde multi iuriconsultorū celeberrimi, qui de donatione Constantini egerunt,

runt, literarum memoriæ prodidere, Constantinum restituisse potius, quam donasse, cum Papa Christi vices gerat, cuius est terra & plenitudo eius Psal. 23. Et cui data ē omnis potestas in cœlo & in terra Matth. vlt. Ita Glos. not. tradidit in c. ego Ludouicus, lxiiij. dist. Io. de Lign. in Clem. Romani, de iureiur. Alex. in cōsi. lxxxvij. 1. ij. vol. Secundum ordinem cōtinuantem. Abb. in consi. lxxxij. in. j. vol. Aluar. Pelag. in tract. de plātu ecclesiæ lib. i. art. xliii. & lix. & Card. Alex. in c. Cōstantinus, xcvi. dist. & propterea quam ipse agāt, qui donationē hanc, figmentū esse quoddā audent affirmare, & ex prædictis constat, & ex his etiam, quæ inter gesta concilii Cōstantiensis habentur, in quibus damnatū fuisse legimus capitulum illud Ioan. Vuicleff. in quo asserbat, Syluestrum & Cōstantinū errasse dotando ecclesiam. Nam & ex assertionem heretici, & ex damnationis sententia à concilio promulgata colligitur, donationem hanc & veram & validam extitisse, quæ de re latè aliquando differuimus. Ad propositum autem negotiū redeuntibus dicimus complura ad rem hanc pertinentia colligi per eundem Pelag. arti. xlv. & nonnulla etiam, quæ adduci possent, vt breuior sim, relinquuntur, satis enim tā ex iis, quam ex illis, quæ iam antea in re proposita copiose attulimus, constat, Papam plenitudinē potestatis habere. Cum autem à plenitudine nihil

absit, eiq; nihil penitus adiiici possit l.i. ff. de dot. preleg. tradit Mar. Soc. Junior. in consi. cxxiii. in primo volu. Consequens est, vt nulla omnino in quacunq; causa iurisdicendi potestas ab hac amplitudine Pōtificiē maiestatis itelligatur exclusa.

27 Secundò, vt ordinem institutum sequamur, dico causam fidei in specie à Pōtifice decidi posse: ita Hieronymus ad Damasum i c. hæc ē fides, xxiiii. quæst. i. vbi ait, ad Pōtificem pertinere errantes in fide corrigere: & dissentientes ab iis, quæ ipsius iudicio cōprobata sunt, cū Petri sedem teneat, hæreticos esse, ad idem est text. in c. rogamus, xxiiii. q. i.

28 Insuper audi Cyrillū in dicto lib. Thes. Maneamus vt membra in capite nostro apostolico throno Romanorum Pōtificē à quo nostrum est querere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum rogantes præ omnibus, quoniā ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, & soluere, & loco eius ligare, qui ipsum ædificauit, & nulli alii quod suū est, sed ipsi soli dedit: cui omnes iure Diuino caput inclināt: & Primates Mundi ei tanquā Christo obediunt.

29 Hæc ille. Quapropter omnino dicendum est iurisdictionem hanc ad Pontificem pertinere: siquidē ei Dominus dixit in Petro Luca 2 2. Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quæ quidem verba citātur à tex. in d. c. maiores, de baptisim.

de baptisim. ad ostendendum maiores ecclesiæ causas ad fidem pertinentes spectare ad summū Pontificem. Hæc eadem verba ad demonstrandū Petri primatum & eius inconcussam fidem adducuntur à tex. in c. j. xxj. distin. nam, vt Ilidorus ait lib. vij. Ethymologiarum. c. xij. quod etiā legitur in ca. clericos, xxj. distinct. Pōtifex princeps sacerdotum est: vel dicitur quasi via sequentium: ipse est summus sacerdos: ipse Pontifex maximus, ipse quod vnusquisq; facere debet, ostēdit. Hoc enim vltimū ad fidei normam pertinere arbitror, hinc Innocētius primus Epist. xxv. ad Chartaginense concilium rescribens illos patres miris laudibus extulit: quoniam sequentes maiorum decreta, noluerunt negotia fidei in consulto Romano Pontifice diffinire, à quo ecclesiæ omnes normam recipere consueuerunt. Sic etiam legimus Chartaginense concilium super damnatione Pelagij atq; ita in iis, quæ fidei sunt ab Innocentio Romano Pōtifice petiisse, vt gesta Synodi cōfirmaret, quod & factum fuit, vt videre est in Epist. concil. Chartaginensis ad Innocentium, & in Epistola respō. ipsius Innoc. Proinde ex petita hūc in modum & concessa confirmatione hæc iurisdicatio Pape suprema colligitur, cui ipsum concilium nouimus in re proposita detulisse. Vnde Mileuitana Synodus Chartaginensē imitata similiter ad eundē Innocent. nouam hæresim detulit, vt ipse, qui præcipuo

cipuo munere gratiæ Dei in apostolica sede est collocatus, pronuntiaret, quid tenendum foret. Hęc habentur in Epist. eiusdem concilij ad Inno. & in Epist. resp. ipsius Innoc. Ex quibus liquet Synodum illam apertissimè sensisse præcipuum esse munus Romani Põt. vt de fide sententiam proferat. Hoc alia quoq; ratione adiuuatur, vna enim fides debet esse totius ecclesiæ c. j. §. vna de Súma Trin. Idè; ait Apost. ad Ephes. 4. & pri. ad Corin. primo, ibi. Id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata, sed hoc impleri non posset, nisi exoriens de fide quæstio à summo Pontifice, qui vniuersæ ecclesiæ præfectus est, decidi posset, vt clarè concludit B. Thom. in ij. ij. quæstio. j. artic. x. ergo, &c. Et qui aliter diceret hæresis crimine teneretur, vt ait tex. not. in d. c. i. xxii. dist. Idè; vrgètib; argumentis cõfirmat Glo. in d. Clement. ad nostrum, de hæret. Ad quod etiam videatur Alu. Pell. in d. lib. j. art. xlv. Et memoria repetatur, quæ nos supra latè disseruimus, cū obiter de primatu Romani Antistitis ageretur, nec prætereat Florentini cõcilij diffinitio, qua declaratum est, Romanum Antistitem omnium Christianorum patrem & doctorem existere, atque ideo eius est, fideles docere, non autem ab eis doceri. Et me hercule valde absonum, atque impium videretur, si cõcilium duntaxat hanc iurisdictionem haberet, sic enim infortunati multorum animæ ob
 difficilli-

difficillimam cõciliij coactionem facillimè deperirent: quæ quidem concilij congregatio multoties quoque ob iniuriam temporum impeditur. Vt exempla veterum Conciliorum ostendunt. A primo. n. cõcilio Niceno, quod fuit sub Siluestro confectum, usq; ad secundum sub Damaso Constantinopoli celebratum. LII. anni fluxerunt, à secundo usq; ad tertium ephesinum sub Celestino coactum. LX. anni à tertio usq; ad quartum chalcedoniæ sub Leone peractum, secundum aliquos. 30. secundum alios. 19. anni. à quarto vsq; ad quintum rursus Constantinopoli congregatum. anni 118. a sexto usq; ad septimum Nicenum tempore Adriani. CX. anni & à septimo usq; ad octauum Constantinopoli cõuocatum tempore Adriani. ii. LXXXII anni. atq; ita patet intra quingentos quadraginta quinque annos octo tantum concilia generalia fuisse collecta. Præterea possent etiam collecta synodo nonnunquam paria patrum suffragia reperiri, & res indecisa relinqui. Huc accedit quòd ob nimiam conciliorum frequentiam, vbi facilis esset eorum collectio, Episcopi ferè semper ab Ecclesijs suis abessent, id quod à sacris constitutionibus disideret: c. inter corporalia, §. sicut enim: de transf. Episcop. cap. nisi cum pridem, §. verum, de renunt. & tot. tit. de cleric. nõ reside: Deniq; id etiam propterea iniquum esset, quòd multi pauperes præ inopia de
 suo

36

37

38 suo iure decedere coacti opprimerentur, quippe qui pecuniarum defectu laborantes ad conciliū accedere nō possent, sic etiam feminæ ad denuncianda peccantium crimina ad synodos accedere tenerentur. quæ omnia cum valde absurda sint, & à sapientum auribus abhorrentia, iure merito sunt reiicienda, vt docuit Iurifconsultus in l. Saluius Aristo. ff. de leg. præstan. quo textu ad rē hanc sepè Bal. & Soc. vti consueuerunt. Cōcludē dum igitur est, ea etiam quæ fidei sunt & omnia vel maxima ecclesiæ negotia posse iure proprio à Romano Antistite diffiniri. Quid? ea esse nō nisi ad ipsum iure proprio referenda dicere non verbor, cum nusquam fuerit ab euangelicis traditionibus acceptum, concilijs ipsis quibus robur desit Pontificiæ maiestatis, vim & potestatem aliquā tributam esse: si enim à verbis illis sumitur conciliorū potestas Dic ecclesię, & ibi paulò post, quæ cūque ligaueritis Matth. 18. vt patres Basilienses in xxxij. sessione facere nitebātur. dicimus verba illa ad solum conscientię forum, & ad ferendę excommunicationis sententię autoritatem pertinere, atque ideo ad alia maiora ecclesiæ negotia extendi non posse, vt latè iam antea declarauimus, Præterea verba illa non sunt collectiue sed distributiue intelligenda, vt quicumque prælatus possit autoritatem hanc in sua Dioccesi exercere, vt à sacris Theologis fuit cōmuniter affirmatū, idq; ve-

tustissima

tustissima docuit cōsuetudo, quæ legū omnium 39 optima est interpres l. minimè. l. de quibus. ff. de leg. cū vulg. Tantę enim potētię est huiuscemodi cōsuetudo, quæ à iure peritis interpretatiua nū cupari solet, quòd etiā si quælibet consuetudo à lege aliqua reprobaretur, illa tamē propterea nō intelligeretur exclusa, teste Dec. in c. cū M. Ferrariensis, de constit. vbi citat Pet. de Anch. in cōsil. cxxvij. incip. visis. Constat autē in re proposita passim & vbiq; à prælatis ecclesiarum seiūctim, ac separatim, iurisdictionem hanc, qualiscūq; illa sit, exerceri: Quæ conclusio confirmatur, nam & 41 Petrus, cui hæc verba dicta fuerunt, sine aliorum cōcilio Ananiam & Saphiram summa autoritate dānauit, nefas autem esset asserere Petrū Diuina præcepta transgredi voluisse Quare ad concilium minimè sunt trahenda, quæ fuerunt singulis impertita, Item ista denunciatio contra Pontificem fieri nō posset, cum nemini sit subiectus, vt per doc. in c. Nouit de iud. & latè per Io. de tur. crem. in lib. ij. suæ summæ cap. 98. Iisdem quoq; rationibus respondetur, si forte verba illa Ioan. xx. adducerentur. Quorūcunq; remisieritis, & reli 43 qua. Nam ibi quoq; & de foro cōscientię, & de potestate singulis apostolis, non autē simul omnibus & collectiue tradita agebatur, & ideo quātū distent hæc à concilii autoritate, & ab ipsa veritate, omnes intelligūt: cū enim longè dif-

N similia

similia sint, de vno ad aliud non recta fiet illatio
l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obli. cū
concor. Multò minus ea denique refragantur:

- 45 Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine
meo, & reliqua. Quoniam ibi non de potesta-
te cōciliū sed de gratiis à Deo Opt. Max. impetrā
dis intelligebatur, quæ non multitudini, sed vna-
nimitati (vt Cyprianus ait) precantium conce-
duntur. Atque ideò si verba illa ad subiectam ma-
teriam referamus, vt iam inde à principio id fieri
oportere probatum est, & cōclusum, non debent
ad rem hanc prorsus alienam trahi atque extendi
- 46 l. non omnis, ff. si cer. pct. Quamobrem vnde ori-
ginem suscepit ista conciliorum potestas, quæ
nonnunquam supra ipsos Pōtīfices tollitur, satis
intelligere non possum. Verùm si quis instaret di-
cens, Constantiense cōcilium declarasse se imme-
diatè habere potestatem à Deo, statim respōdeo
id fuisse iure optimo declaratum, cū enim tunc
nullus esset certus Pōtīfex, & maximum ob illud
schisma ecclesiæ periculū immineret ac res omni-
no moram nō pateretur: Pontificia potestas erat
eo casu ad concilium deuoluta, atque ideò illa po-
testas à Deo dependebat, vt infra oportuniore lo-
co declarabitur, quare rursus dicimus quæstionē
fidei à Papa iure proprio posse decidi, & sine ipsi-
- 48 us autoritate à nemine præterea, quod plus est. Et
ista conclusio, concilium, scilicet nullam à Deo

imme-

immediatè habuisse potestatem concludenti ra-
tione probatur. Nam aut asserimus potestatem
hanc pontificia maiorem esse, aut parem, aut in-
feriorem. Si maiorem dicimus: hoc pacto seque-
retur: Papam, deficiente iurisdictione, constitu-
to concilio, desinere esse caput ecclesiæ, id quod
esset absurdum, & ab omni ratione abhorrens,
quoniam sine aliqua sacrarum literarum auto-
ritate asserere papam tum demū sua iurisdictione
carere, cū concilium congregatur, est vel fa-
cile contemnendum, quia vt inquit B. Hieroni-
mus. Quod de scripturis non habet veritatem, 49
eadem facilitate contemnitur, qua probatur. fa-
cit l. illam. C. de collat. & tex. not. in §. cum igitur
ibi, Nec est lex aliquid tale dicens, in Aut. de
nō elig. secu. nub. Præterea hoc nō sine maximo
fidelium detrimēto contingeret, cum nulla ma-
ior necessitas dari possit, quàm fideles papa Chri-
sti vices agente carere, vt docuit glo. approb. in
cle. ne Romani, §. cæterum, de elec. Insuper hoc
idem repugnaret concilio Chalcedonēsi, ex cui-
us epist. ad Leonē colligitur, à tota synodo sum-
mitatis titulum Leoni fuisse tributum. Qui au-
tem summus est, utique inferior esse non potest.
Rursus ex ipsius gestis constat supremum sem-
per honorem fuisse papæ delatum, & rursus ab
eodem concilio, et à multis aliis fuit petatum, vt
gesta in ipsis, à pontificibus Romanis approba-

N 2 rentur

rentur, quorum meminit Io. de turr. crem. in lib.
 50 iij. suę summę cap. 34. Confirmatio autem à superiore peti solet. Ad prædictorum confirmatio-
 nem accedit glo. ab omnibus approb. in c. iiii. de cler. excom. min. quæ ait excommunicatum nõ
 posse à tota synodo dispensari, sed hoc ad Ro-
 manum pontificem pertinere: & ita etiam do-
 cuit Imol. in c. graue, col. vj. de præben. dicēs, pa-
 51 tres, concilij se habere ad Papam, vt cõsultores,
 non autem, vt iurisdictionem habentes, quæ qui-
 dem tota in pontifice residet. Igitur maior est Pa-
 pæ potestas, non autem minor. Et si aliquis for-
 tè alio exceptionis genere vteretur, quo nonnul-
 li ex Basileiensibus sequentes Iarson vtebantur,
 dicentes, quod & si pontificiæ potestatis ampli-
 tudo tolli non possit, vel minui, possunt tamen
 patres in concilio congregati illius executionem
 ita restringere, vt nequeat ad actum deduci, nisi,
 vt per ipsos patres fuerit ordinatum. Respon-
 52 deas licet, obiectionem hanc falsam esse, tũ quia
 nullo iure probatur, vt prædictum est, tum etiam
 quia contrarietatem continet, contrarius autem
 audiri non debet. c. pen. de off. deleg. in vj. c. vno
 vers. omnibus. Vt eccles. benef. fin. Nihil enim
 aliud hoc pacto ageretur, nisi quòd Papa am-
 plissimã habeat potestatem in vniuersos, & non
 habeat, atque plenissima iurisdictione fungatur,
 53 & tamen iudicare non possit, hæc enim sunt re-
 pugnantia,

pugnantia, quæ simul stare nõ possunt. I. vbi re-
 pugnantia, ff. de reg. iur. Atq; ita patet Papæ po-
 testatem, constituto concilio, inferiorẽ dici non
 posse. Si verò concilium parem cum Papa pote-
 statem habere diceretur, in maximũ incõueniẽs
 incidere; sequeretur enim ecclesiã Dei habere
 re duo principia, & duas cathedras: Id quod ec-
 clesiæ vnitas non admittit, nam teste Cypriano,
 in epistola ad Magnũ, Dominus insinuãs nobis
 vnitatem de diuina autoritate venientẽ ait. Ego
 & pater vnum sumus, ad quam vnitatem redi-
 gens ecclesiam denuò dicit, & erit grex vnus, &
 vnus pastor, & latè de hac vnitatem habetur in c.
 loquitur & in c. alienus 24. quæst. 1. Idque Iuri-
 55 sconsultorum sententia confirmatur, qua cau-
 tum est, idem à duobus eodem modo, & eodem
 tempore possideri non posse, atque ita nec exer-
 52 ceri. l. si vt certo, §. si duobus. ff. commod. Præ-
 terea pluralitas principatum mala est xij. Me-
 taph. Igitur à Deo prouenire non potuit, cuius
 perfecta sunt opera, & qui vidit cuncta quæ fe-
 cerat, & erant valde bona. Accedit ad hæc quòd
 cum Papa in patres, neque patres in Papam,
 autoritatem habeant, quia par in parem non
 habet imperium, non fuisset satis prouisum ec-
 clesiæ. Id quod esset contra verbum Domini
 56 dicentis. Quid vltius debui facere vineæ meæ,
 & non feci? Denique posset facillime schisma
 oriri

oriri ob dissidentem inter eos sententiam. l. item si vnus. ff. de arbi. C. quia diuersitatem, de concess. præben. Id quod repugnaret apostolo ad Cor. i. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Et ideò in schismatis remediũ hæc non est sequenda sententia. c. legimus, 93. dist. quoniã vbi schisma est, ibi ecclesia esse nõ potest, c. pudẽda, 24. q. i. Si demum volumus minorem esse concilii potestatem, tum dico, aut ea immediate procedit à Deo, aut à Papa, Sic à Deo, frustra fuisset constitutũ, concilia, quæ minoris essent autoritatis ad succurrẽdũ ecclesiæ periculis, non sine difficultate maxima congregari possẽt, cum Papa ipse maiorem habens potestatem ecclesiæ facilius & cum minori dispendio provide-
 57 re potuisset: Deus autem nihil agit frustra, igitur &c. Si verò à Papa prouenit, sumus voti
 58 compotes: cum hoc ipsum agamus. Quare à sufficienti partium numeratione colligimus nullam esse aliquo in casu concilii potestatem, nisi quatenus à Papa defluit. Argumentum enim hoc in iure ualidum est, vt habetur in l. ex maleficiis, §. Heres, ff. de actio. & oblig. & in l. Patre furioso, ff. de his qui sunt su. vel alie. iu.
 59 Tertiò dico, fidei negotiũ præcipuè Pontifici Maximo suppositũ esse. Nam Christus Petro Pontificiam potestatem traditurus, discipulos omnes de fide interrogauit dicens, quem dicunt homi-

nes

nes esse filium hominis? vos autem quem me esse dicitis? &c. Et sic negotium hoc fidei erat, & quamuis omnes interrogati essent, tamen solus Petrus profiliit inquires, Tu es Christus filius Dei viui, ob quã confessiõne Christus ei dixit, & ego dabo tibi clauẽ Regni cœlorum: quodcumq; ligaueris, &c. Quasi dicat Christus (vt Hier. ait) quia tu dixisti me filiũ esse Dei viui, & ego dico tibi quia tu es Petrus, & tibi dabo, &c. Ita etiã prædicta verba exponit B. Io. Chrysostomus, etiã ob hanc præcipuam ipsius Petri confessiõnem, cum Pontificiam nactum fuisse potestatem ait Card. Alex. in rub. xv. dist. & in c. fidelior, l. distinct. His sic se habẽtibus dico, si negotium, quod fuit causa Pontificiæ potestatis, fidei negotium fuit: ergo causa fidei, quæ Pontificiæ iurisdictionis occasionem præbuit, præ aliis debet sub eadem iurisdictione contineri, & hoc sentiens Innoc. I I I. ait in c. maiores, de bap. Maiores difficiliõresq; causæ ecclesiæ, & præsertim fidei ad Petrum referantur. Quia
 60 ipse interroganti Christo quis ipse esset, respondit, Tu es Christus filius Dei viui. Animaduerte verbum illud, præsertim, quod nõ sine mysterio in d. c. positum fuit. Hinc Innocentius ad Mileuitanum concilium rescribens, ait, causas omnes & præsertim fidei ad sedem Romanam esse referendas. Hæc ille in Epist. xxvi. accedit tex. in c. quotiens, xxiii. q. j. Dum ait, Quotiens ratio fidei vē-
 latur,

tilatur, eam nō nisi ad sedem Petri referendā esse: Nam iste text. iccirco negatiuè ait, quæstionem fidei non ab alio, quàm à solo Pontifice decidendam esse: quia specialiter & potissimùm veritas fidei potius à Pontifice, quàm ab aliis sperari potest, tum ob rationem prædictam, tum quia principaliter pro Petro oratum fuit à Christo ne fides eius deficeret, vt etiā cōsiderat Innocent. I I I. in d. c. maiores. Hoc idē summus Pontifex sacro approbante cōcilio declarauit in Clem. vna. §. nos igitur, de Summa Tri. Vbi Card. Zab. per illū tex. ait. Nota quòd ad ecclesiam Romanā pertinet determinare ea, quæ concernunt articulos fidei, quia rationes fidei determinat solus Papa. Quod quidem documentum ad aliud quoque adnotandum est. scilicet, vt cum de potestate ecclesiæ Romanæ loquimur, intelligatur, eā à solo Pontifice exerceri posse. Rursus dico fidei causā esse à Deo summo Pontifici mandatam, vt secundum quorundam opinionem Papa ad eam decidendam vires suas nemini delegare possit. Hoc enim sentit expressè Spec. in tit. de leg. §. nunc ostēdendum. versic. xxxv. vbi enarrādo casus summo Pōtifici reseruatos, & qui à legato exerceri non possunt, casum fidei exprimit. & quamuis deinde contra arguat de text. in c. frater noster, xvi. quæst. j. tamē id vel de causis mediocribus intelligēdū est, vel, si de arduis loquimur, eas ab alijs cognosci, sed non

non nisi à Pontifice decidi posse, concedendum est, cum ita præcisè in d. tex. traditum sit. secundum quem verba illum citantis sunt intelligēda teste Bar. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. leg. In hac eadem conclusione residet Catal. in trac. de potestate Papæ, nu. 38. per tex. in d. c. quotiens. ibi, non nisi ad sedem Petri, &c. Idē sentit Alu. pel. de plan. eccl. in lib. j. art. 45. Quod & nos cōcludenti ratione sustineri posse credimus Quoniam fidei nostræ veritatem speciali ratione Petro & successoribus suis creditam fuisse, iā antea demōstrauimus, ea verò in quibus personæ industria potissimum est electa, per alios expediri nō posse, notissimi iuris est. vt docuit Bar. in l. nemo est, qui nesciat, ff. de duo. & in l. diē functo ff. de offi. asses. & Fel. in c. licet ex quadam, col. ii. de test. inter artifices enim longam esse differentiam ait Iuriscōsultus, in l. inter artifices. ff. de solut. Quæ quidem omnia diligentissimè sunt animauertenda pro decisione alterius, qui statim sequitur casus. Ad illud autē, de quo nūc agitur, propositum redeūdo, facit quod inquit Ambros. super Mar. vt refertur in c. nō turbatur, xxiiii. quæst. j. vbi Petrus firmamentum ecclesiæ nuncupatur, referturque etiam si Apostolis omnibus dictum fuerit, vt retia laxarent, soli tamen Petro dictum fuisse, Dicitur in altum, id est, in profundum dispositionū. Glo. ibi subiūgit ex hoc argui posse, quæstionem

ftionem fidei ad solum Pōtificem pertinere : per
 d.c.quotiens,& sic ibi Glo.ad text.relata vult alta
 66 negotia & potissimū fidei ad Pōtificem esse re
 67 ferenda sicut etiam eorum cōprobatur exemplo,
 qui in.vii. synodo conuenientes nō nulla in fide
 dubia Agatonis Papæ terminationem sequentes
 diffinierunt.Sic etiam patres Chalcedōnenses de
 duabus in Christo naturis ad Leonis sententiam
 accesserūt.Hinc infertur Papam ad cōgregandū
 concilium non teneri in ijs, quæ ad fidem perti
 nent,cū ipsa ei decidere liceat, vt per B.Thom.
 in q.de poten.q.x.artic.iiij.in resp.ad 13.cui acce
 dit Card.Alex.in c.j.& in c.sicut,xv.distinc. aiunt
 enim concilia dato certo & indubitato Pontifice
 quamuis vtilia,non tamen necessaria esse.

68 Quartò dico causam fidei præsertim quando
 ardua est, à Pontifice maximo iudicādam esse, &
 sic cōstanter sentimus, & loquimur aduersus cō
 mētitiā illam variarum opinionum cōcordiam,
 quam (vt superius diximus) quidam frustra exco
 gitarunt.Hac autem ipsa de re est tex.expressus in
 c.frater noster,xvj.distinct.vbi Grego.ait, Si qua
 causa fidei eueniet, si mediocris erit, à nostris re
 sponsalibus cognoscatur: si verò ardua, ad sedem
 apostolicā deducatur: vt nostræ audientiæ senten
 tia decidatur. ad idem est tex. in d.c.maiores, de
 baptis.dū vult, maiores & difficiliōres fidei causas
 ad apostolicā sedē esse referendas. Huic demum
 senten-

sententiæ accedunt rationes, & autoritates, quas
 paulò ante ad rem hanc adduximus, & considera
 uimus, & præcipuè Spec.in loco prædicto.hoc idē
 sensit .B.Bernardus ad Innocentium Papā dicēs,
 oportet ad uestrum referri apostolatum pericula
 quæq; & scandala emergentia in regno Dei, ea
 presertim, quæ de fide cōtingunt: dignum namq; OT
 arbitror ibi potissimū resarciri damna fidei, ubi
 fides defectum habere non potest:hæc est præro
 gatiua huius sedis, cui enim alteri dictum est Ego
 pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua? Hæc
 Bernardus.

Quare ex ijs omnibus amplissimè demonstra
 tū esse arbitror, ecclesiæ causas omnes, & cuiuscū
 que sint qualitatis à Pōtifice maximo decidi pos
 se, vt latius quoq; in meo de Cardinalibus lib. q.
 xxxix ostendi.

Nunc illud superest, vt quæ superius in contra
 rium sunt adducta, refellamus. Primum itaque
 nihil vrget Gregorij autoritas in dicto cap. sicut,
 Gregorius enim illa quatuor concilia non ideo 69
 tam modestè veneratus est, quòd quæ ibi sancita
 fuerant in solius essent concilii potestate: hoc
 enim constitutionibus, quas supra citauimus
 apertissimè repugnaret: neque illorum duntaxat
 quatuor, sed aliorum etiam conciliorum autori
 tati æquè detulisset. Verum eis potissimum (vt
 opinor) tantum honoris tribuit, quòd præuas ac ST
 O 2 potentes

potentes hæreticorum sectas perdidierant, & venerandas sanctiones, tam ad fidem quam ad communem vitæ statum attinentes ediderant, vt etiã fenfit Barb. in Clem. ne Romani, de elect. nec tam eorum, qui illi concilio interfuerunt auctoritatem, quam sententiarum, quæ ibi leguntur, grauitatem inspexisse mihi videtur. Nam veritas à quocunque proferatur, non tenenda solùm, sed etiam veneranda est, quod & Glo. ostendit in cap. queritur, ii. quæst. vii. & à quocunque dicatur à spiritu sancto est, secundùm Ambro. in prima ad Corinth. c. 12. Sed ratione cõtinentis ea non veneratur nisi honestatis gratia: Quia cõcilia à summo Pontifice accipiunt auctoritatem. c. significasti, de elect. habetur xv. xvi. dist. Vnde Gelasius Papa in c. sancta, in fi. prin. xv. dist. ait, Sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, postistorũ quatuor auctoritatem, etiam custodienda, & recipienda mādamus, & decernimus, atque eo pacto eis vim legis tribuit. Præterea etiam si ad seruanda illa decreta se astrictum fuisse dixisset, hoc tamen opinioni meæ non esset impedimento. Id enim iccirco factum crediderim, quia causæ illæ iam ab antea actis cõciliis decisæ fuerant, quod nobis non obstat, vt in eo qui statim sequitur casu, demonstrabimus. In hoc enim, de quo nunc agimus, de iis tantummodo loquimur, quæ adhuc à conciliis decisæ nō sunt, Eodem modo ad d. cap.

Anasta-

Anastafius, respõdetur. Nam illa hæresis ab antea acta Synodo damnata fuerat, vt ibi per Glo. Ad c. habeo librum, respõdetur, ibi oportuisse, vt cõtra hæreticos Synodus canones promulgaret, aliter enim hæretici illi pontificiæ decisioni non acquieuisent, quare ea facti potius, quam iuris necessitas fuit, aliter canones sibi inuicem repugnarent. Et si cui fortasse prædictis ob stare videbitur constitutio illa de reformatione capitis & membrorum edita in quarta & quinta sessione cõcilij Constantiensis & à Basileiensibus repetita, is nō subsistat, quia obiectioni huic inferius & recte & opportunè respondebimus. Confutatis igitur ac iam planè sublatis contrariis argumētis, illud sequitur q uæstiones qualescunque sint, quæ nondum decisæ fuerint, ad Petri sedem esse referendas, quam conclusionem vltra alios latè approbauit Abb. in c. quod translatione, de offi. deleg. & in dicto cap. maiores, de baptis. & in q. incip. Episcopus, Card. Alexand. in locis superius memoratis: & alii, quos infra in tertio membro referre constitui.

Iã promissi ordinis ratio postulat, vt ea, quæ ad secundũ membrum attinent perscrutemur, videlicet quando decreta ab antea actis conciliis edita sunt, super ea sit ne potestas Pontificia, vel contra. Breuiter ex mente scriptorum omnium regula sit, Pontificem Maximum concilij cõstitutionibus

- nibus superiorem esse, vt ait tex. in c. cuncta per mundum. ix. quæ. iij. iccirco semper ab eis autoritas Pontificis excepta esse intelligitur c. significasti, de elect. Immo concilia à Pontifice maximo auctoritatem nanciscuntur d. c. significasti, & c. dudum, iij. q. vi. §. hinc etiam, xvij. dist. Itaque
- 75 meritò Papa maior est: quia princeps sua facit omnia, quibus suam impertitur auctoritatē l. j. §. omnia, C. de vet. iur. enucl. Si enim Pontifex illis essentiam & potestatem tribuit, vt legitur in c. sancta, in fi. princ. xv. dist. & vt supra latè fuit ostensum, vtiq; eis maior est. Hinc videmus, totius, ec-
- 76 clesie appellationes ad Pontificem maximum esse deferendas, vt ait tex. not. in c. ipsi sunt, ix. q. iij. Clarum autem est concilium vniuersalis ecclesie præsentiam atque imaginem exhibere, appellationem porro de minori ad maiorem fieri
- 77 debere, à legibus constitutum esse. Adicitur in eodem tex. à sententia Pape nunquam profus
- 78 appellari posse: quod quidem verbum, profus, adnuduertendum est.
- 79 Nec obstat illud, quod extorquetur ab epistola B. Augustini ad Glorium Elefium, & Felicem grammaticum, qui aduersus Donatum & quosdam alios calumniantes sententiam à Melchiade Papa cum nonnullis episcopis promulgatam, in qua Cecilianum in episcopatu suo confirmarūt, sic ait. Ecce putemus illos episcopos, qui
- Romæ

Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuisse; restat adhuc plenarium vniuersalis ecclesie concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, & si malè iudicasse conuincti essent, eorū fines soluerentur. Ex quibus verbis argumentum colligunt aduersantes, sententiam latam per Papam posse à concilio reuocari, atq; ideo illud esse maius tribunal.

Respondeo eam non fuisse B. Augustini intentionem, qui tam in epistola ipsa, quam in libro de Vnico baptismo, profitetur in Romana ecclesia vigere apostolicæ cathedræ principatum, id quod verum non esset, si alia maior potestas inueniretur. hunc eundem Papæ primatum, extollit idem Augustinus in sermone incip. Fortis, & in aliis locis, qui infra opportunè citabuntur. Dicimus igitur, verba illa, Restat adhuc plenarium & reliqua, non ratione maioris potestatis esse intelligenda, sed ratione plenioris examinis, quod nonnunquam concedi solet ad conuincendam pertinaciam eorum, qui malam causam fouent, vt in re proposita sensit Augustinus dicens in locis præmemoratis, sed iam tamen quasi haberēt quod dicerent; malos iudices esse perpeffos. quæ vox est omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima veritate superati. Hæc ille. Quod verò dicitur, sententiam, si rectè iudicatum non fuerit, posse à concilio retractari, nō sunt

80 sunt verba Augustini eo sensu accipiēda, vt propterea iudicium concilij, Romanæ sedis sententiæ præferatur, in qua vt prædiximus, expressè fatetur positum esse totius ecclesiæ principatum sed id totum fieri autoritate Romani Antistitis, cui melius in concilio veritas innotescat, in quo tot ac tantorum patrum sententię audiuntur argu. c. prudentiam de off. deleg. & ita fieri posse docuit tex. in c. sententiam. 3 5. q. ix. Non enim incogniti iuris est appellationem admitti à principe malè informato (vt verbis vtar iuris interpretum) ad principem melius informandum, vt habetur per Bal. in l. fi. C. de relat. & Io. de Neui-
 81 za. in consi. xii. inter consil. Alberti Bruni. versic. quarta principalis. Sed appellari posse à Papa ad concilium tanquam ad maius tribunal haud licet. c. ipsi sunt. ix. q. iii. vbi habetur. Ipsi sunt Canones, qui appellationes totius ecclesiæ ad huius sanctæ sedis examen voluerunt deferri, ab ipsa nusquam prorsus appellare debere sanxerunt, & ratio est, quia alioqui sequeretur, supremam potestatem non esse in Papa, contra id quod fuit diffinitum à Martino. V. in concilio Constantiensi, & declaratum in concilio Florentino, & contra ea quę plenè in prima parte deduximus. Præterea cum vnum & idem Christi, & Papę censetur esse tribunal vt docuit Host. in ca. quarto, de consuet. sequeretur aliud in terris esse tribunal, quod

quod maioris esset autoritatis tribunali ipsius Christi, quod est absurdum. Accedant ad hæc nonnulla conciliorum decreta, quorum meminit Io. de turr. crem. in 3. lib. suæ summæ. cap. 47. cū sequen. & ne tempus conteramus extat bulla Pii II. Romani Pontificis, qua cautum est, in hæresis crimen incidere eum qui à Papa ad concilium appellare audeat, & Papam supra omnia concilia potestatem habere confirmat Glo. not. & ibi Gemin. in capit. vbi periculum, in verbo concilio, de elect. in vi. huic sententiæ deseruit Gloss. not. & ab omnibus approbata in cap. 3. de cler. excommu. min. quæ ait excommunicatum non posse à synodo dispensari: idque esse soli Pontifici. Max. reseruatam. quam Glo. pro vltima conclusione Monarchiæ Papæ attulit Pet. de monte in suo libro. quod ea ratione confirmatur, scilicet concilia gestorum suorum confirmationem à Romanis Pontificibus petere consueuisse, vt in præcedentibus tractatum est. Quare non dubium est, eos esse ipsis concilijs superiores, siquidem confirmatio à superiore peti solet, teste Bald. in l. fin. C. de legi. & Felin. in capit. i. de treg. & pac.

84 Ab hac autem regula duo casus tantummodo à sapientibus excipiuntur, scilicet casus fidei, & casus in quo de vniuersali ecclesiæ statu agatur, de primo text. est in cap. sicut, xv. distinc. &

in c. Anastasius xix. distinct. & ita Glosam ibi pro
cedere ait Abb. in q. incip. Episcopus, de secundo
casu est Glos. in cap. proposuit, de cōcess. prēbēd.
pro qua facit tex. in c. quē ad perpetuam, & c. sunt
quidam, & c. contra, xxv. quest. .j. nec nō & multa
alia, quæ in hac materia per Abb. & alios afferun-
tur, in d. c. significasti, per Abb. in tract. de concil.
Basil. & in q. incip. Episcopus, & p. Rosell. in tract.
de cōcil. ac per alios multos, qui variis in locis ea
de re, quid sentirent, scriptum reliquere. Et quā-
uis id, quod de pertinentibus ad vniuersalem ec-
clesiæ statum diximus, redargui posset ex his, quæ
85 docuit Archidia. in c. porro, lxvj. distinct. vbi ait à
Pōtifice maximo formam sacramentorū ab Apo-
86 stolis traditam immutari posse: Quod quidem ad
vniuersalem ecclesiæ statū pertinere haud obscu-
rum puto: tamen id etiam concedendo, & quam-
uis in his duobus casibus Pontifex supra concilium
imperium non haberet, non sequitur pro-
pterea quicquam ob id detrahi Pontificiæ pote-
stati, quæ in illis conciliis tanquam caput in mem-
bris, & tanquam Rex in regno inerat, ac veluti
Sol inter minora sidera corruscabat: nam vbi con-
cilia memorantur, de veris atque integris conciliiis
intelligimus, quæ non nisi auctoritatem prēbē-
te capite, id est, Pōtificia potestate, cōgregantur,
ut superius dictum est, & infra etiam demonstra-
87 bitur. Quare cū totum concilium tanquam cor-
pus

pus vnū censeatur, dici non potest, idem seipso
maius, aut minus esse, argum. l. eum qui edes, ff. de
vsuc. & si in eodē corpore maioritas daretur, pro-
culdubio caput cæteris membris prætantius esse
ab omnibus iudicaretur, hinc enim scriptum est,
non licere à capite membra discedere, sed sequi
ipsum debere c. non decet, xii. distinct. & à capite
naturali ad Papam totius ecclesiæ caput validum 88
esse argumentum ait Ioan. de Lign. in tract. de cē-
sura ecclesiastica. §. iiii. Et hoc modo in prædictis
etiam sēsit Abb. in d. q. incipien. Episcopus. Hinc 89
etiam si super intelligentia eorum, quæ a conciliis
sancta sunt, ambigeretur, à sede apostolica vtpo-
te à capite interpretatio ē requirēda c. nec licuit,
xii. distinct. Verum dicet aliquis fortasse, cur sic à 90
sanctis patribus specialiter traditum est, decreta
concilii in his, quæ ad fidem & communem vi-
uendi modum pertinent, commutari non posse?
Is sciat id optima quidē ratione, & non sine Dei
numine constitutum esse, ne scilicet (vt Gelasius
ait) pravis occasio præberetur, quæ medicinaliter
statuta fuere pulsādi. Hæc ille in c. maiores, xxiiij.
quælt. j. vbi ait, hoc maiores diuino suggerente
spiritu decreuisse: aliter enim nullus certus in fide
nostra viuendi modus, nullum stabile fundamen-
tum reperiretur, si ea quæ ad fidem attinent, sub-
uertiri possent: sic enim fides nostra non vna esset, 91
cōtra illud Apostoli ad Corint. i. Idipsum dicatis
P 2 omnes,

omnes, &c. Et primæ ad Thimo. c. 3. Ecclesia est firmamentum & columna veritatis. Et hoc modo ecclesia super immobilis & inconcussæ petræ soliditate fundata dici nõ possit, cõtra illud Euãgelii. Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & contra tex. in c. ita dominus, xix. distin. ibi, Hanc petræ istius sanctissimã firmitatẽ. Sed vt proximẽ demonstratum est, nihil ob id Põtificiæ detrahitur auctoritati, quæ in illis concilijs tanquam caput inerat. Et hoc ex eo etiam planius fit: q̃ eodem iure neq; ipsi concilio, prædicta fidei decreta mutare licitum esset, vt ait text. in d. c. maiores, eadem enim in vtroq; casu ratio est, & tamẽ propterea nemo dicere auderet, antea cõcilia maiore futuris potestatẽ habuisse, cum semper ecclesia fuerit, & futura sit vna, secũdum illud Cantic. Vna est colũba mea, &c. Quare hæctenus minimẽ probatum esse arbitror concilium vllõ in casu suprà Pontificem esse.

Reliquũ igitur est, vt absoluto hoc altero proposito distinctionis membro, ad tertium nostra traducatur oratio, in quo discutiendum est, quid iuris sit, quando congregata Synodo à sententia Pontificis Maximi, qui in cõcilio sunt patres dissentiant, & vtra tum potior ac præferenda sit sententia. Hic vt res ista clarius habeatur, nõnulli se iunctim casus sunt considerandi. Quorũ primus est, si quando fortẽ Põtificis voluntati Diuinæ traditiones.

traditiones obstarent. Nã tunc Põtificẽ nil posse satis exploratum est. c. sunt quidam, xxv. q. j. Non enim fas est statuta maiorũ ab inferioribus subuerti. c. cum inferior, cũ concor. de maior. & obed. nec vnquam alicui ampla adeò condendæ legis potestas concessa esse existimatur, vt is contra concedentis decreta statuere possit, teste Bal. in l. nulli, C. de sentẽ. cum alijs, quæ per Dec. afferuntur in confi. ccccxxxviiij. col. pen. facit ad hæc rem illud Esaiæ 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui fecat in ea? aut exaltabitur ferra cõtra eum, qui trahit eam? qua in re Põtifici Maximo, non solum à cõcilio, sed à quocunq; privato, qui aut veteris aut nouæ legis auctoritate mouentur resisti possit, exẽplo Pauli, qui restitit in faciem Petri non ambulantis in via Euãgelii ad Gal. 2. Hoc idem & aduersus vniuersale cõciliũ facere licitum esset, exẽplo Hier. qui diuinę legis auctoritate motus contra concilium affirmavit, raptam & raptorẽ vinculo matrimonii posse cõiũgi, vt videre est in c. tria. & 1 c. placuit. xxxvi. q. ij. sic etiam vbi solitæ rationes tantum adducerentur, deberent amplecti: cum enim in concilio Niceno ageretur de promulganda lege, qua sacerdotes prohiberentur dormire cum vxoribus, quas ante consecrationem duxerant, solus Pan-nutius firmis rationibus patres omnes à sententia reuocauit, vt habetur in c. Nicena. 3 r. distin. tanta.

95

601

96

97

98

601

99 tanta enim vis est rationis, vt perinde mouere de-
beat animū iudicantis, ac si lex scripta adducere-
tur. ita docuit Andr. de Iser. in procem. feud. ad
quem accedit Ias. in l. quotiens. C. de rei vendi.
vbi teste Arist. inquit, legem querere quando ra-
tio naturalis est in promptu mētis & intellectus
imbecillitatem arguere. & quāti pōderis sit ratio
traditur per Fel. in c. tua nos, de iure iu. & per Cra-
100 uet. in cōl. 31. nu. 5. Secundus casus p̄cedenti si-
milis est, quādo scilicet iussum Pōtificis notoriū
ac manifestū contineret errorem: tunc enim quā-
uis ipsum ob id damnari non posse docuimus,
nihilominus in eiusmodi erratis eū Pontificia ca-
rere potestate declaratum est, in c. manet, xxiiij.
101 q. i. & in c. ipse ligādi, xj. q. iij. nam potestas de ge-
nere bonorum est, & posse malum, non dicitur
posse. c. principium, de p̄nit. dist. ij. & ista po-
testas secūdum Apostolum in ædificationē non
in destructionem tradita est, propterea Pontifici
p̄cipienti, quæ scandalum afferunt, & quæ sine
dedecore ecclesiæ recipi non possunt, parendum
non esse docuit Inno. in c. inquisitioni, de sentē.
excom. Ideoq; nō modò à patribus concilij, sed
à priuatis quoq; hominibus reiiciēda essent, quia
(vt dixi) ad ea, quæ euidēter mala sunt, nulla po-
102 testas extenditur. Et aduertēdum est, nos semper
de ijs quæ nota sunt omnibus mala loqui, con-
tra id, quod aduersus Pontificem Maximum ab
imperitis

imperitis dici solitum est: aiunt enim Pontificiā
potestatem (vbi clavis erret) nullam esse, ac dein-
de, (quod ferri nullo modo debeat) ipsi ex libidi-
ne sua, non ex æquo iudicant, & errasse clauem
p̄dicant, si quid aduersus sua vota factū vidēt,
nec intelligunt clauem errare dici non posse, nisi
103 tum demum cum error adeò apertus est, vt nulla
ratione defendi possit. c. sunt quidam. xxv. q. i. &
ita si rectē inspiciatur locutus est Inno. Cæterum
cū res dubia est, summus Pontifex iuris inter-
104 pretatione non censetur errare. c. nō nos, xl. dist.
vbi de Pontifice ita notanter scriptum est, Quis
enim sanctum dubitet, quem apex tantæ dignita-
tis attollit? Idem habetur in libro Ennodii, supe-
rius memorato. Huic decisioni optimē seruit. ele-
105 gans Iurisperiti sententia in l. liberto. ff. de ob-
sequ. lib. cū ait, Filio, ac liberto semper honestā
ac sanctam personam patris & patroni videri de-
bere. Facit tex. in c. nō turbatur, xxiiii. q. i. vbi ait,
106 non turbari nauem, in qua est Petrus, qui ecclesię
firmamētum est. Idem enim & de successoribus
Petri proculdubio intelligendum est, vt p̄dixi-
107 mus: Licet igitur in iis, quæ apertē mala esse no-
scuntur, Pontificia non vigeat autoritas, propte-
rea tamen dici non potest, concilium maiorem
ipso Pontifice potestatem habere: nam idē esset
etiam si concilium erraret, vt superius Hierony-
mi exemplum afferentes diximus. Cōcilia enim
quando

quandoq; errasse nō ignotum est, vt refert Card. Alex. in c. Anastasius. in fi. xix. dist. nō tamē in iis, quę ad fidē pertinent. Nō igitur sic rectē colligas, Pontifex in illis casibus ligandi potestate nō fungitur, neque ei parendum est: Ergo ille, qui ei nō paret maiorem ipso autoritatē habet, nam priuatus, vt prædictum est, ei parere non debet. & tamē nullam ipse potestatem habet. Tertius casus est, in quo discutienda est proposita difficultas, an scilicet in decidendis ecclesię quęstionibus Papę opinio patrum sententię præferatur, vel contra. Itaq; vt facilius fiat huius ambiguitatis intellectus, sic distinguas censeo, vt diligenter perspicias de iis ne agatur, quę ad fidem & communis vitę normam non pertinent: an de iis, quę pertinent. Primo casu arbitror, Pontificis sententiam proculdubio potiore esse: Nam si Pontifex Maximus potest ea tollere quando iam ab antea actis conciliis decisa fuere, vt superius in secundo distinctionis membro fuit ostensum: ergo multo magis, ne à patribus decidantur, facere poterit: tum quia difficilius, quę iam constituta sunt destruuntur, quam ne fiant impediuntur, teste Iureconsulto in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. tum etiam quia in illis conciliis etiam Pontificia inerat autoritas, hęc autem non, ergo, &c. Arguendo de maiori ad minus. Quinimo crediderim patres nullam iurisdicendi autoritatem habere, nisi Pontificia

Pontificia potestate muniantur, à quo conciliū accipit autoritatē c. significasti, de elect. c. vbi periculum, cum glo. in verbo, concilio, eo. ti. in vi. Egid. Bellam. in confi. 96. in 16. q. cum multis, quę per Card. Alex. adducuntur, in d. c. Anastasius, vbi ait, vnico verbo ad leges, quę omnē concilio tribuunt potestatem, responderi posse, eas videlicet intelligendas esse, quando Pontificia potestas, quę concilij caput est, in eo in cōcreto cōsideratur. vel quando postmodum concilij gesta à Pontifice Maximo approbantur: Nam principaliter conciliorum potestas in Papa cōsistit. c. i. & per totum. xvii. disti. & conciliorum decreta Pontifici ascribuntur c. si quis dogmata, xxv. q. ii. facit, c. hi qui, de præben. in vi. vt latē supra in prima parte probauimus. Ad quę accedit, idem nō obscure sensisse Archidiaconum in c. porrò, lxvi. dist. dum ait, Papam sacramentorum formam etiam ab Apostolis traditā mutare posse, vel Papa mortuo id & concilium posse: cum enim dicat id Papa mortuo euenire, sentit aliter se rem habere ipso viuente ac contradicente, certē nulla alia fuit Archidiaconi mens, nisi q̄ Pontifice viuente, cum ipse ecclesię caput existat, sine ipsius autoritate concilium ius dicere non possit, eo autem mortuo concilium ecclesię caput existit, secundum Glof. in cle. ne Romani, de elect. id quę tradit Car. Alex. in d. c. Anastasius, meritō enim

Q cum

I I 5 cum ad concilium deuoluta sit pontificia potestas eiusdem potestatis vi, id facere potest. Idem esset etiam depositio Pontifice, vel quando in urgentibus ecclesie negotiis, ob incuriam summi Pontificis, autoritas eius ad concilium recideret. Nam his casibus tunc concilium potest: quia in eo Pontificia inest potestas, ut in fine eius questionis aperiemus. Sed patribus sine pontificia potestate
 I I 6 ius dicere non licere, ex predictis satis arbitrari liquere, ergo Papae sententia preferenda est. Ad hoc illud etiam facit, quod (ut superius late visum est) ipsiusmet causae ob supremam, quae in eo est, potestatem, ipsi vni in hoc seculo referuantur, modo ne a fide declinet, tunc enim Pontifex esse desinit. Quotum ergo magis aliorum causae ad eundem sunt referendae? Si verum loquimur de iis, quae ad fidem pertinent, tunc quia hoc opus hic labor est, rei difficultatem, quam fieri potest diligentissimè, examinandam esse censeo. In primis igitur ex mente Abb. Card. Alex. in d. c. Anastasius, ait, Si in negotio fidei Papa melioribus rationibus moueretur tunc ipsius sententiam potiore esse. Et idem etiam dixerat Rosell. in tract. de concil. In casu autem dubio inquit Card. patrum opinionem utpote meliorem anteponendam esse: & Papam aliter sentientem tanquam haereticum damnari posse. Ego autem optimis rationibus subnixus affirmare auisim, hanc hominum alioqui eruditorum opinionem
 nem

nem nemini merito placere posse. Nam fides nostra una est, teste Apostolo ad Ephes. 4. & c. j. §. vna. de Sum. Tri. & vnica est veritas, ut ex predictis apparet. Aut igitur volunt ipsi, sententiam patrum esse preferendam, quia quod ipsi vnanimiter sentiunt, id dicatur veritate munitum, aut id presumi, & sic casum dubium adhuc remanere, quia praesumptio locum non habet nisi in casu dubio, ut notum est. Si verum esse autumat, quod a patribus declaratur, quomodo dici potest Papae sententiam preferri, quando melioribus rationibus roborata est? nam omne, quod a veritate deflectit, falsum est, & ut ait Apostolus, omne quod non est ex fide, peccatum est. Quare si quod a patribus profertur, veritas est, illud sequitur, ut id omne, quod ab eorum sententia discrepat, falsitas sit. Qua enim autoritate diceretur, patrum sententiam veritatem habere, quod ab ipsis proueniat, eadem autoritate dicendum foret, rationes Pontificis, quae a concilio utpote non bene reiciuntur, veritate carere. Praesupponimus enim concilium congregatum esse, & sententias sibi inuicem repugnare: aliter si negotium fidei iam decisum fuisset, id amplius retractari non posset, per d. c. maiores. xxiii. q. j. Praeterea quis esset iudex, an Papa melioribus quam patres rationibus moueatur? Ergo, & c. Aut casum dubium esse sentiunt, sed pro opinione patrum praesumendum esse, per c. prudentiam, de off. de-
 I I 7
 I I 8
 O S I
 I I 9

legat. & tunc dico, Papam damnari nō posse, nisi pro heresi vera, & de qua non sit dubium, quin sit heresis, vt ipsemet Card. Alexand. ait in c. si Papa, xl. distinct. & hoc regulare est: nam in dubio reos non esse damnandos apud Iureconsultos traditū est. l. absentem, ff. de poen. quod de Pontifice præfertim dicendum est, qui errare non existimatur secundum c. non nos, xl. distinct. Quicquid sit, 120 Card. Alex. in d. c. Anastasius, ait in negotio fidei, patrum opinionem potiore esse: idē voluit & in c. j. & in c. sicut, xv. distinct. Quanquam autem eo animo sim, vt arbitrer vix vnquam hoc posse euenire, si tamen accideret, & Pontificē, & patres in sua opinione pertinaces esse, puto contrariam prædictę sententiam magnis rationibus & auctoritatibus defendi posse. Quinetiam si aliter se res haberet, non tamen sequitur, concilium maiore ipso Pontifice potestatem habere. Ad primū moueor, quia, vt in primo distinctionis membro clare fuit ostēsum, soli Pōtifici per illa verba, Quodcunque ligaueris, etiam decidendę quæstionis fidei iurisdictione tradita fuit, & præsertim negotiū fidei in illis verbis (vt ibi diximus) continetur, ergo solus poterit id iudicare, & ei parendum erit. Et si aduersantes distinguunt an cōcilium sit congregatum nec ne, dico distinctionem hanc iure 121 non probari, & Pontificiam potestatem, quę nec distincta, nec angustata vnquam fuit, nec distinguendam,

guendam, nec restringendā esse vt docuit tex. in cap. solitæ. de maior. & obed. Et in Extrauag. vnā sanctam eo. tit. & glo. not. in cle. ad nostrum. de hæret. Idq; testatus est Bal. in procem. decretal. dicens in Pōtifice totam esse monarchiam spiritua 122 lem, & ipsius potestatem ab omni regula, quę coarctet, absolutam esse. Præterea quando plura in 123 vno sermone coniunguntur & ab eodem verbo reguntur, ea omnia dicuntur eiusdem esse qualitatis arg. l. vnic. vers. hoc ita tā variè. C. de caduc. tollend. Sed hoc modo omnium iudicandorum potestas Petro tributa est, per illa vniuersalia & amplissima verba: Quodcunque ligaueris. Ergo quem admodum Pontifex ob illam potestatem alia negotia etiam contradicente concilio iudicare potest, nec sine Pōtificia potestate patres id possunt, vt nuper dictum est, ita ob eandem potestatem etiam negotium fidei decidere poterit, vt omnia pariformi ratione cēseantur secundum liam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. intelligo semper dūmodo 124 summus Pōtifex aperte contra dogmata fidei nō loquatur: nā tunc hereticus esset. c. sunt quidā, xxv. quæst. j. loquimur enim in dubio quando interpretanda est scriptura, & Pontificis interpretatio non est contra euangelica documenta, sicut erat interpretatio Arrij, Videlicet patrem esse maiorem filio, quę repugnabat verbo Domini, Ego & pater vnum sumus. Ioan. 10. quod habetur in c. qui-

c. quidā, vers. Arriani. xxiii. quæst. iii. Insuper hoc concludenti ratione comprobatur: nam aut negas solum Pontificem negotia fidei iudicare posse, aut non: Si id negas, contra expressas constitutiones & contra sanctorū dogmata loqueris, quorum supra meminimus: Si verò id concedis, tum sequitur, quòd cum possit solus Pontifex & nolit sine concilio iudicare, illa Synodi coactio, quæ pro decidenda illa questione fit, ad libitum Pontificis est, cum nulla cogente necessitate eam cōuocet. Sed in casibus, in quibus pro libito Pontificis Synodus congregatur, Pontifex absolutam habet potestatem, vt latè per Rosell. in tract. de cōcil. & per C. d. Alexand. in cap. j. colum. iiii. xv. distinct. Idq; omnes hac de re scribentes consentiunt. Non enim potest Pontifex Maximus diminuerè Pōtificiam potestatem, neq; obligare se, ne possit ea, quæ Pontificiæ dignitati tradita sunt: nā cum amplitudo huius potestatis à Deo autoritatē sumpserit, non potest humana Pōtificis voluntas, eam vlllo modo mutare, ob hanc enim rationem scriptores, quos non multo superius citauimus, vno ore affirmant, Papam se concilio subijcere non posse. Quinimò dico, Papam etiam accedente iuramento & voto se astringere nō posse quin ea possit, quæ à Deo Pontificiæ tradita sunt potestati, vt latè tradidit Alex. in cōsil. ccxxiii. in vj. vol. & Barb. in cons. i. in j. vol. Qui ambo ita in

facti

facti contingentia Pauli i i. temporibus respōderunt, dum enim Cardinales pro eligendo Pontifice in conclauis essent, omnes iuris iurandi religione se obstrinxerunt, vt qui eorum Pontifex esset, nisi fratrum accedente consensu neque Cardinales creare, neque bona ecclesiæ in feudum posset concedere. Prædicti autem iuriscōsulti celeberrimi Paulo i i. ad Pontificatum assumpto cōsulerent, eum hæc peragere posse iuramenti religione non violata. Aiunt enim talia iuramenta votaq; irrita esse, quia amplitudini Pontificiæ repugnāt, & consequenter Pontifici hæc agere licere, perinde ac si nullo iuramento se obligasset. Ad rem faciunt quæ per Felin. & alios habentur in c. si diligenti, de for. comp. Inquiunt enim, clericum priuilegio fori renuntiare non posse: quia priuilegium de iure diuino est. Quare ita in proposito casu dicendum videtur. Nam si Pontificiæ potestati à Deo traditum est, vt emergentes fidei quæstiones decidere possit. Ergo non potest Pōtifex per congregationem Synodi, quæ sponte ab eo fit, se obligare quin eodē modo solus possit: quo & ante actum hunc volūtarium, solus id poterat. Ceterum posset voluntas Pontificis facere, ne Pōtificiæ liceat potestati, quod ipsi datum à Deo est cōtra prædicta. Intelligo dummodo, vt sepe iam dixi, Pontifex apertè contra dogmata fidei nō loquatur, per c. sunt quidam, xxv. quæst. j. hæc cadē ratio

128

129

ratio locum etiam haberet, quando iam cōgrega
 130 ta Synodo aliqua fidei quæstio nasceretur. Non
 enim Pontifici Maximo licitum est, in Pontifi-
 cia iurisdictione sibi confortes adhibere, vt per
 Card. Alex. in c. inferior, XXI. dist. & huius dicti ra-
 tio esse potest, quia Pontifex Maximus, qui Dei
 vices gerit in terris, nō potest sibi pares & multo
 minus superiores cōstituere: quia, secūdū Arist.
 stantibus terminis discretiuis nullum inferius po-
 test esse id quod superius, nec participare. Hæc
 sunt aurea verba Baldi de Imperatore loquente
 in præludiis feud. vers. expedita definitione, quæ
 extolluntur à Cur. in cons. lxxiii. & hoc satis clarè
 apparebit ex autoritatibus, quæ inferius citabun-
 tur. Prætereà in multa alioqui absurda incidere-
 mus. Nam si patrum sententia præferenda esset,
 sequeretur idem esse, etiam si non omnes vnani-
 miter in eandem sententiam adducerentur. sed
 131 eorum maior pars, (quialin vniuersitatibus quod
 à maiori parte fit censetur ab omnibus approba-
 tum l. quod maior. ff. ad municip.) & est tex. not.
 in l. si quod extraordinarium, C. de legatio. lib. x.
 vbi hæc habentur, atque id, quod maioris partis
 probauerit assensus, solemnis firmet autoritas, &
 tunc sequeretur ab vnus minimi Prælati suffra-
 gio, quod supra dimidiam partem suffragiorum
 esset, fidei nostræ veritatē depēdere posse. Quod
 est contra tex. in c. hæc est fides. & in c. quotiens,
 xxiiii.

xxiiii. quæst. j. & contra cap. maiores, de bapt. &
 contra innumeras constitutiones, quarum supra
 meminimus, in quibus continetur, hoc præcipu-
 um esse munus Romani Pontificis. Si verò volu-
 mus dicere etiam minorem suffragiorum par-
 tem, cum qua Pontifex sentiat, præferri. Vt ma-
 lè sensit Roma. in cons. ccclxvi. in fin. Tunc quæ-
 ram, vbi & quo iure, prætereà sequeretur, plus pos-
 se Pontificem, cui quatuor vel quinque Prælati ac-
 cederent, quam alios omnes patres, quod vtique
 ridiculum meritò uideri posset, si negemus solū
 Pontificem id posse, quod cum quinque vel sex pa-
 trum consensu possit, cum tot suffragia ferè nun-
 quam Pontifici Maximo, à quo creantur, deesse
 possint, neque verò debet Pontifici per indire-
 ctum licere, quod ei directò prohibetur cap. cum
 132 quid, de regu. iur. in sexto. Si verò diceretur, hæc
 nō habere locum nisi quando suffragia essent pa-
 ria vel quasi paria, respondeo ad mille distinctio-
 nes & subdistinctiones hoc modo deueniri, quæ
 à iure non probantur. erubescimus autē cum sine
 lege loquimur l. illā. C. de coll. Sed Pontifex Ma-
 ximus fundatam atque inconcussam habet inten-
 tionem suam, cum ei dictum sit, Quodcunque li-
 gaueris, vbi nihil prorsus fuit exceptū c. solitæ. de
 maio. & obed. Qui vult hanc intra certos limites
 coercere potestatem, doceat qua autoritate id fa-
 133 ciat. Vbi enim limites non præfigit lex, ne nobis
 134 R quidem

quidē id facere permittitur, l. j. §. generaliter, ff. de legat. prestā. propterea B. Thom. ij. ij. quæst. j. art. x. concludit, vt diuersitas opinionum tollatur, necesse, esse, vt in quæstione fidei solus Pontifex Maximus iudex sit supremus. Præterea si patribus hæc iudicādi potestas cōcederetur, hoc modo omnes Pontifici Maximo essent æquales: quod plurimis constitutionibus contrarium est, in quibus legimus Pontificem esse summum, esse maximū, esse aliorum caput, & principem, vt videre est in multis conciliorum decretis, quæ superius memorauimus, & in c. solitæ, de maior. & obed. in princip. in c. si Petrus, viii. quæst. j. in c. cū Beatiss. xxiii. q. i. in c. puto, ii. quæst. vii. & in c. Petrus, ead. cau. & quæst.

135 Hoc idem legimus apud sextum concilium Constantinopolitanum actione xviii. a quo Papa nuncupatur Pater patrū, summus Papa, & apostolicæ summmitatis antistes. Verum is principatu spoliatur, cui alii exequantur. Quod si quis teneret, Papam omnibus non præesse, hæreticus esset, vt habetur in text. in c. i. xxii. distinct. & Glo. in Clē. ad nostrum, de heret. Vbi scriptum est, hunc peccare contra illum articulum vnam sanctam. Hoc ipsū & Hieronym. & cæteri doctissimi pariter ac sanctissimi patres, quorum superius meminimus, docuerunt. Idem expressè sensit Bald. in l. Barbarius, ff. de offic. præt. in fi. vbi ait Papam in spiritualibus esse omnia & super omnia. Idq; etiā constitutū est

in

in sepe citata Extrauag. vnam sanctā. de maio. & obed. Huic opinioni, quæ his rationibus subnixæ est, non desunt magnæ autoritates si rectè considerentur. Nam pro ea est Glo. in cap. quodcunq; xxiii. quæst. i. quæ mouit difficultatē hanc, videlicet quænam sententia preferatur, totius ne ecclesiæ, an ecclesiæ Romanæ: & sic Pontificis, vt superius declarauimus. ea deniq; Glo. adductis pro vtraque parte argumentis concludit, Pontificis sententiā esse præferendam, citat. c. hæc est fides, qui tex. de solo Pōtifice, & de quæstione fidei loquitur: ergo ita & Glossæ decisio intelligenda est, per not. per Bart. in l. nō solū, §. liberationis; ff. de liber. legat. vbi ait, semper doctoris verba secundum leges adductas intelligēda esse. Hoc idem expressè sentit etiā Archid. in c. Anastasius, in fi. xix. distinct. Vbi hac quæstione mota, in negotio fidei, & argumentis pro vtraque parte factis, decidit sequendam esse Glo. in d. c. quodcunq; quæ, vt dixi, ad fauorē Pontificis sententiā protulit. & Arch. præcisè in negotio fidei loquitur, Demū pro hac eadem conclusione est, Glo. in ca. in istis, iiii. dist. quæ ait in condendis statutis semper præferendam esse Pontificis sententiā Episcoporum sententiæ, nisi contra fidē loquatur, citat. c. sunt quidam, xxv. q. j. qui rex. loquitur de pertinentibus ad fidem, vt ibi Glo. declarat, & Glo. in c. sequen. & ibi declaratur, tunc demum Pontificē loqui contra fidem, quum con-

R 2 tra

tra euangelica documenta, vel id quod apertè & diffinitiuè iudicatum est, loqueretur: sentiens lōgè aliter sentiendum, quando cōtra ea nō statueret apertè. Sed nos pręsupponimus Papā hoc modo nō errare, ergo eius sentētia pręfertur, p̄ Glo. illam. quę debet intelligi etiam in negotio fidei, cūm citet d. c. sunt quidam, quod de fide tantūm loquitur, vt dixi. Et ita Dom. de. S. Gemi. in d. c. in istis, testatur doctores in hac sentētia residere. Accedit quia prīcipaliter pro fide Petri oratum fuit, & ei à Christo dictum fuisse nouimus, confirma fratres tuos, Luc. 22. & sic Petri est alios cōfirmare, non autem ab alijs in fide confirmari, quę verba in cap. maiores, de baptis. adducūtur ad probandum Pontificis potestatem maximè in pertinētibus ad fidem præcellere, quod etiam sensit Augustinus ad Paulinum Epist. 106. cuius meminit Alciatus in Epistola Inter claras, C. de Sum. Trin. Præterea Pontifex princeps est sacerdotum, & ad eū pertinet, quid vnusquisq; facere debeat, ostendere, vt ait B. Isid. quod repetitum est in c. clericos, xxj. dist. ergo ipse alios docere debet, non autem ab alijs docendus est, quid circa fidem tenendum sit, vt Synodus Florentina declarauit dicens, Papam omnium Christianorum doctorem existere. Idq; adeo late iam antea traditū est, vt vel plura afferre vel eadem repetere superfluum videatur.

Non

Non obstat huic conclusioni illa vnica ratio, quę ab aduersantibus affertur, videlicet patrum sententiam præualere, quia sanior & melior existimatur, cūm à pluribus approbata sit. Nam orbis maior est vrbe c. legimus, xciii. dist. Respondeo enim imprimis consequentiam hanc fallacem esse & inanem. Nam etiam populus maior est, quā sint pauci prudentes, qui ex illo populo deligantur: horum tamen prudentior quā totius populi existimatur esse sentētia, teste Abb. in c. Osius, de elect. populus enim docendus est, non sequendus, vti traditur in l. decurionum. C. de pœn. & in c. docendus, lxii. dist. & in ca. miramur, lxi. distinct. Quare non ita simpliciter verū est, multorum sententiam, vnus, qui ex multis fuerit delectus iudicio præualere, & præsertim quando ei ob præcellentem dignitatem, quę in eo est, Spiritus sanctus assistit: cūm enim Christus pro Petro potissimum preces ad patrē effuderit, ne eius fides vnquam deficeret Luc. 22. & propterea etiam eidem mādavit, vt fratres suos in fide firmaret: nil mirum est, si illius sedis iudicium in iis, quę ad fidem pertinent, infallibile est, atq; ideo cæteris omnibus præferendum, vt apertissimè sensit Hieron. ad Damasum, & relatū est in c. hæc est fides, xxiiii. q. i. idem habetur in cap. maiores, de bapt. & alibi sepe. itaq; ratio illa, quę cōtra nos affertur, facillimè cōfutatur, quam repro-
bavit

probavit etiam Glo. in d. c. quodcunq; , vbi ea re
 iecta decidit Papæ sententiam præualere per tex.
 in d. c. hæc est fides, eandem obiectionem in ne-
 gotio fidei adduxit Archi. in d. c. Anastasius, sub-
 iungens, graue ac periculosum videri, si fides no-
 stra vnus solius arbitrio committeretur, & tamē
 ea non obstante sequitur Glo. in d. c. quodcunq;
 quæ (vt dixi) pro Pontifice sensit. eandem ratio-
 nem citauit etiam Glo. in c. in istis, iiii. distinc. &
 tandem dummodo Pontifex non loquatur con-
 tra fidem eo modo, vt habetur in c. sunt quidam
 xxv. quæst. j. ait Pontificis iudicium omniū Epi-
 scoporum sententiæ præualere. Quod confir-
 matur ex decreto Florentini concilij præmemo-
 rato. Præterea dicimus, nos non disputare quæ-
 sententia melior cēseatur, sed quænam potestas
 maior sit, & tum demum intelligo, cum Papa
 manifestè non erraret in fide, prout iuris inter-
 pretatione non censetur errare c. non nos, xl. di-
 145 stinct. Principis enim voluntas talis esse prælu-
 mitur, qualis esse debet, vt per Bald. & Ias. in l. ex
 facto, ff. de vulga. & pupill. cum multis alijs scitu
 dignis, quæ legimus in conf. Io. de Neuz. xij. in-
 ter consil. Alberti Brun. id quod multò magis de
 summo Pontifice est concedendum, qui viuus
 fons iustitiæ nuncupatur, vt docuit Soc. in conf.
 cxliiij. in j. vol. Quare & si horum aut illorū sen-
 tentia melior existimatur, ideo tamen non sequi-
 tur,

tur, vt eius iudicis sententiæ sit præferenda, qui il-
 li iurisdictioni præest, Arg. c. puto, ij. quæst. vii.
 Cùm enim potestas & prudentia differant spe- 146
 cie, de vno ad aliud non rectè sumitur argumen-
 tum, etiã si à maiori ad minus colligeretur, quod
 alioquì validissimum est in iure, ita traditum est
 in l. solemus, §. Iatrūculator, ff. de iud. tradit Dec.
 in l. non debet, ff. de regu. iur. & in c. cùm in cun-
 ctis, de elec. Præterea ista collectio, vbi maior est
 sapientia ac etiam maior charitas. ibi quoq; ma-
 ior est autoritas saperet hæresim Valdensium & 841
 Io. Vuicleff, quoniã sequeretur solum apud Sarr-
 ctos viros claues ecclesiæ residere, vt ait Ioan. de
 turr. crem. in 2. lib. suæ summæ cap. 85. facit tex-
 not. in cap. noua quædam de poenit. & remis. vbi 110
 gratiæ sunt diuisæ de vna ad aliam non recta fiet
 illatio, vt sentit B. Thom. in q. de veritate. q. 12.
 art. 11. in resp. ad illud Matth. 11. Non surrexit
 maior Ioanne Baptista. Huc accedit, quòd d. ca.
 legimus. loquitur non de autoritate potestatis.
 Sed de autoritate consuetudinis, quæ tanto ma- 147
 ioris autoritatis esse dicitur, quanto generalior
 est, & à pluribus obseruatur, teste Card. Alex. in
 d. c. sicut, in fi. & Caiet. in tract. de potest. Pap. &
 concil. c. xix. atq; ideo, cum hæc dissimilia sint, il- 241
 latio aliqua de vno ad aliud fieri non potest l. Pa-
 pinianus exuli, ff. de minor. cum concord. caput
 enim totius rei est videre patres ne sine Papa li-
 gandi

gandi autoritate fungantur an non? Et hinc videmus pro Petri fide oratum fuisse, dictumque ei, ut fratres suos in fide firmaret, & non contra videmus omnibus Apostolis de fide interrogatis solum Petrum respondisse, Tu es Christus filius Dei viui, videmus ei soli dictum fuisse, quodcumque ligaueris. Apostolis autem sine Petro nullam fuisse traditam potestatem, & copula alia possunt, animaduerti, quae in prima parte copiosissime diximus. Ad quae accedit, quod si dicemus, Apostolos parem cum Petro iurisdictionem accepisse, 148 sequeretur, quot erant Apostoli, & fuerunt eorum successores, tot etiam capita ecclesiam habuisse, quae cum corpus sit mysticum utique monstrum efficeretur, quod citra haeresim dici non potest per ea quae habentur in extrauag. Vnam sanctam, de maio. & obed. & in c. si duo, lxxix. dist. & in l. non sunt liberi, ff. de sta. ho. Vel si eos omnes non capita sed membra appellare volumus, contra Paulum loquimur dicentem. Quod si essent omnia vnum membrum, ubi corpus? item sequeretur oues congregatas & in vnum collectas, pastori non esse subiectas. Quod & ab euangelicis traditionibus, & ab omni prorsus ratione abhorret. Proinde concludendum est, ut iam antea fecimus, ad solum Pontificem potestatis amplitudinem pertinere, alios vero in partem sollicitudinis tantum vocatos esse, ut ait etiam B. Bernardus

149

150
151
152

S
nit

149
150
151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

Neque obstat illud, quo nonnunquam vtuntur haeretici, qui maior est vestrum sit minister. Marc. 9. Quasi quod ob id Christus in ecclesia sua neminem esse maiorem voluerit, nam hoc potius contra eos est, siquidem Christus non modo primatum non vetat, sed immo illum praesupponit

S
nit

nit dicens, qui maior est, qualem autē & quā modestum eū esse oporteat, qui cæteris præest, hoc ibi verbo ita docuit, sicut alibi re ipsa, cum lauit pedes Apostolorum dicens, exemplum dedi vobis, &c. Quibus tamen quāprimū, nō frustra equidem dixisse voluit, Vos vocatis me magister & Domine, & benè dicitis, sum etenim Ioan. 13.

- 152 Nolo etiam insolutum prætermittere illud obiectum, quod nonnulli contra Pontificem afferunt: aiunt enim (vt & nos diximus) ecclesiam vniuersalem corporis imaginem exhibere: sed ipsius dicunt Pontificem non esse caput, sed Christum, secundū Apostolū ad Coll. 1. & ad Ephes. 1. ipsūq; solum esse caput asserunt, ne aliter corpus hoc si duo haberet capita monstruosum videatur. Respondemus, eos vel decipi vel alios velle decipere: nā Christus & Papa vnum duntaxat caput esse existimantur, vt declaratum est in extrauag. Vnā sanctam de maio. & obed. & vnum & idem tribunal constituunt, vt per Host. in c. quāto. de transl. prælat. cui accedit Barb. in Clem. ne Romani. nū. 32. de elect. Papa enim nomen capit in ecclesia nō meretur, nisi in quantum est Christi visibile instrumentum, & ipsius vices gerit in terris, quare quemadmodum Episcopi & eius Vicarii, vnū & idem tribunal esse nouimus, non autem duo cap. Romana, de ap. in vj. ita pariter illud idē de Christo ac summo Pōtifice concedamus, qui illius vi-

ces

ces tenet c. j. vt eccl. ben. c. quāto, de transl. prælat. Aliter quēnā esset hec illius mystici corporis recta compages si eius membra, qui fideles sunt, humana forent, visibilia & mortalia: caput verò supra humanum duntaxat inuisibile ac diuinum esset? Quodnam corpus vel magis difforme vel magis dissimile vnquā intellectu posset concipi? quā hoc, quod à Christo ipso, cuius perfecta sunt opera, miro quodam ordine compositum est? Præterea cum proprium hominum sit dissentire l. item si vnus, §. finali. ff. de arbitr. atque ideo ex mente B. Thom. vnū in ecclesia Dei esse oportere dixerimus, cuius iudicio dubia orientia decidantur. Quæram an eo casu Christus, cum hīc secundum eos nemo cæteris præsit, ad habendum iudicium sit adeundus? Quamobrem, vt res facilius intelligatur, considerandum est, quod & si Christus ille idem & Deus, non solum ecclesiæ suæ caput sit, sed etiam omnium Dominus secundū illud Hier. 23. Coelum & terrā ego impleo. Tamen cum ex hoc mūdo esset recessurus, voluit homines suę potestatis esse participes, & ab illis ea omnia, quę ab eo in ecclesia dum in humanis esset gerebātur, officia exerceri posse: Idq; triplici ratione ni fallor, primum quia eius clementiæ ac bonitati congruebat, vt hominibus, quorum amore ductus propriæ vitæ non parcebat, suę potestatis amplitudinem impartiretur. Nam quanto quilibet me-

154

155

156

lioribus præest, tantò maior ipse & honestior est, vt legitur §. nos igitur, in aut. de defen. ciuit. Vndè Hugo de Sancto Victore in prologo sui commenti super Angelica hierarchia sic ait: Ipse verò omnium conditor, cuius ineffabilis maiestas, & indeficiens virtus potens erat sola gubernare, quæ creauerat sola, voluit rerum à se creatarum participes habere & cooperatores, non vt ille eorum ministerio iuuaretur, sed vt ipsi potestatis eius confortio sublimes efficerentur. Secundò quia hoc ipsius dignitati conueniebat, valde enim ad Dominantis decus attinet, dignos ac præcellentes habere ministros, qui eius potestatem exercent, ut de hoc est tex. singu. in. c. si ergo tantus. §. gubernatio populi viii. q. i. quæ tex. in re proposita multum extulit Cæpoll. in tractatu de Imperatore militum deligendo. §. Ratione dignitatis nu. 7. & de his Christi ministris ac eorū dignitate illud scriptū putamus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Tertiò quia hoc humanæ utilitati expediebat, homo enim visibili cognitione ducitur, ac ei facile credit. Cùm igitur Christi gloriæ indecorum esset, vt ipse ille, qui super cælos corporaliter exaltari meruit vt Psal. 8. Eleuata est magnificètia tua super cælos: nobiscum semper visibiliter permaneret: conueniens inquam humanæ fuit utilitati, vt cuncta mysteria, quæ ipse in ecclesia instituerat,

tuerat, ab hominibus administrarètur. Cur enim Christus Dominus, vt legitur Act. 9. cùm Saulū increpauisset dicens, Saule Saule quid me persequeris? audissetq; Saulus Iesum esse secum loquentem, ac stupens dixisset: Domine quid me vis facere? Cur inquam Saulum ipse non instruxit? Sed per Ananiam voluit instrui, visū recipere, & baptizari, & repleri spiritu sancto? Nimirum post ascensum in Cælum per homines, quibus homines facile credunt, agere omnia voluit, quos suæ potestatis sublimi confortio decorauit. Proinde sicut videmus, eum instituisse, vt homines prædicarent, peccata dimitterent, sacramenta conferrent, & per sensibilia panis & vini accidètia inuisibilem gratiam acciperent c. sacrificium. de consec. distinct. ii. ita pariter constantissimè affirmandum est, eundem quoque voluisse, vt vnus homo esset in ecclesia sua, qui tanquam caput cæteris præesset, qui supremam ipsius potestatem visibiliter exerceret, qui suo arbitrio schismata & dissidentes hominum sententias definiret, & qui denique traditionibus suis nos ad eum finem dirigeret, ad quem & Christum nasci, & eundem mori voluisse nouimus. Cur enim Iesus vt legitur Act. 10. cum Angelum misisset ad Cornelium vt eum in viam salutis dirigeret, ad eundem esse Petrum præcepit, à quo necessariæ traditiones ad salutem acciperentur? dicite Angelo. Petrus tibi dicet quid te

te oporteat facere. Non ne ex ijs Christus dominus patefecit, cunctam rectè viuendi normam, et vera Christianæ fidei dogmata non amplius (vt diximus) ab ipso iam super cælos euecto, sed ab hominibus, & potissimum ab eo qui vices illius in terris agens, cæteris præest, esse semper accipiendā? Et ita refidet Abb. in c. venerabilem de elect. 158 dicens, Christus non fuisset diligēs paterfamilias, nisi aliquem vice ipsius in terris dimisisset, qui in occurrentibus causis posset ea omnia facere, quæ ipse Christus posset. citat Innoc. & Host.

Ad prædictorum cōfirmationem animaduertendum est, Christum, cuius actio nostra est instructio, dum in humanis ageret sublimem hanc potestatem Petro nunquam tradidisse, sed eam tantum promississe per illa verba. Et tibi dabo, &c. Quæ cum futuri temporis sint, solā pollicitationem important testis est Abb. in c. significasti, de elect. Cum verò in cælum esset ascensurus, eam Petro exercendam mandauit, dicens: Pisce oves meas, quæ verba exercitium & laborem indicāt, vt per Abba. in d. loco. Perinde ergo fuit ac si dixisset, nunc iam tēpus est, vt promissam tibi exerceas potestatem. Ex ijs enim duobus simul consideratis conijcitur, tunc ideo Christum potestatem hanc promississe tantum, nō autem & dedisse, ne prædictum corpus si duo capita in terris habuisset, monstrum efficeretur: deinde verò quamuis

uis nobiscum se fore pollicitus esset vsq; ad consummationem seculi, Matth. vlt. tamen huius sumpremæ potestatis exercitium Petro iccirco mandauit, ne ecclesia & sic corpus suum mysticum sine capite visibili ac cæteris membris conformi relinqueretur. Et hoc ex ijs, quæ ab Inno. I I I I. in concilio generali ædita sunt, comprobatur, vt habetur in cap. j. de homic. in vj. ibi, Dei filius Iesus Christus, ne gregem sui precio sanguinis gloriosi redemptum ascensurus post resurrectionem ad patrem, absque pastore defereret, ipsius curā Beato Petro Apostolo, vt suæ stabilitate fidei cæteros in Christiana religione firmaret, commisit, & hanc conclusionem latè defendit B. Thom. in 4. contra gentiles capi. 76. Præterea in concilio Florentino Papam caput esse totius ecclesiæ fuit adeò solemniter diffinitum, vt necesse sit vel conciliorum auctoritatem euertere, vel obiectionem hanc penitus irridere. Sileant igitur non modò qui Papam esse caput ecclesiæ inficiantur, verum etiam qui traditiones hominum respuunt, & de illis impudentissimè obloquuntur: Cum ex prædictis apertissimè constet Iesum ipsum voluisse traditiones, & dogmata ab hominibus, & præsertim à Petro esse suscipienda.

Verum si obijceretur, quando Petrus potestatem accepit, eū ecclesiam significasse teste Augu. super Ioan. Quod legitur in capitu. quodcunque

xxiii. q. i. ita vt non ipse sed ecclesia in ipso potestatem habuerit. Huic obiectioni respondet Petrus de monte in suo tracta. de potesta. Pap. verbum August. hoc modo impleri posse, dicendo videlicet, toti ecclesie in habitu potestatem traditam esse in exercitio autem soli Petro tantum vt inter pastorem & ouile aliquod sit discrimen, facit illud Osee 1. Congregabuntur filii Iuda & filii Israël & ponent sibi caput vnum & ca. audiui- mus, xxiii. q. i. dum ait Petrum pro omnibus & pro omnibus potestatem accepisse, subiungens, pro omnibus ad denotandam vnitatem, & pro omnibus ad denotandam prelationem. Posset etiam responderi Petrum ecclesiam significasse, id est, vniuersalis ecclesie potestatem accepisse, cum in eo tota ecclesia representetur ita d. c. quodcumq; intellexit Glo. in c. a recta, xxiii. quaes. j. Hæc alii. Nos autem iure putamus aliter responderi posse iis, qui aliquando hoc fundamentum adduxere scilicet si rectè, & mens & verba Aug. percipiuntur, conclusionem nostram corroborari. Nam vidēs ipse ecclesiam ligandi & soluendi autoritatē exercere, & opus esse, vt eā habeat per rationes, quas paulò post considerabo, non tamen videbat, eā ipsi in euangelicis documētis traditam fuisse, nō enim alia de ligandi potestate verba reperiuntur præterquam ea, quæ Apostolis dicta fuere, & ista, quæ soli Petro dicta sunt, scilicet: quodcumq; li-

gaueris;

gaueris, &c. Sed illa ecclesie collectiue considerata non seruiunt, tum quia eis distributiue tradita fuit potestas, vt omnes ferè consentiunt, tum etiā quia data fuit eis participatiue tantum, vt prædictum est, ista verò soli Petro dicta fuere. Vnde Aug. volens inuestigare non quidem an Petrus vt Pontifex supremam hanc potestatem acceperit cum id cunctis euangeliū sciētibus liqueat, vt ait Greg. ad Mauricium Imperatorem scribens: Sed vnde ecclesia eam sumplerit, cum id nullibi reperiatur expressum, ait, si ista verba Petro tantum dicta sunt, nota verbum, tantum, quia de natura taxatiue dictionis est, excludere nō expressa, quare ex hoc sentit Aug. se nō dubitare, quin ipse solus, cum id expressum sit, iurisdictionē acceperit, sed an solus duntaxat: si enim ipse tantum habuit (inquit Aug.) hoc nō facit ecclesia, id est, hoc facere non potest, cum id nusquam reperiatur: sequitur deinde, si autem & in ecclesia fit, & sic si non solum Petrus ipse, sed etiam ecclesia hoc facere potest. (Id enim & copule & aduersatiue vis exposcit) ergo opus est confiteri, quando Petrus eam habuit, non tantum ipsum, verum etiam ecclesiam accepisse illam in Petro. Nā hæc ratio concludit, quia si ecclesia eam habet, & nemini nisi Petro hæc suprema potestas data fuit: opus est, vt eam in Petro adepta sit. Atque ita Aug. non obscure sentit, Petrum solum eam habuisse, ac etiā eccle-

162

T
siam

163
 siam in eo, cuius ipse est caput: vt clarè sentit tex.
 in c. omnibus xxiiii. q. i. vbi legitur etiam domū
 Dei quæ est ecclesia clauas accepisse: & potesta-
 tem soluendi & ligandi, Nam illa vox implicati-
 ua, etiam, casum magis dubitabilem includere
 cōsuevit, vt habetur in l. etiam, & in l. si tut.
 vel cur. inter tradit. Glo. in l. illud. ff. ad leg. Aquil.
 & Alex. in consi. xxiii. in v. vol. Atq; ita colligitur
 maius dubium esse de ecclesia, quomodo clauas
 & hanc potestatem acceperit, quam de Petro cui
 soli & successoribus eius traditus fuit vicariatus à
 Christo, alioquin necesse non esset Papam eligi,
 vt inquit Glo. in clem. ne Romani, in verbo, non
 consonam, de elec. quam ad hoc notatu dignam
 esse, ait Abb. in quest. incip. Episcopus, col. pen.
 Quare puto Augustinum sensisse contrariū eius,
 ad quod adducebatur. Ex ipsius enim documen-
 to contradicentes inferebant, eum voluisse, eccle-
 siam dūtaxat, non autem & Petrum potestaté il-
 lam accepisse, & dubium Augustini est è contra,
 an scilicet solus Petrus tātum, adeò vt ecclesia ex-
 cludatur, eam acceperit: Nam de Petro Augusti-
 nus nūquam dubitauit. Audi eum in sermone de
 Petro & Paulo, cuius principium est, Ecce fortis,
 vbi ita inquit: Quis plebeum piscatorem facile
 crederet principem, Regibus obfistere, Reges sã-
 ctificare, regnis omnibus imperare, mundum frã-
 nare legibus: & reliqua. Rursus audi eundem su-
 per

per illud quod ait Petrus, Ioan. 13. Domine tu
 mihi lauas pedes? dicit ille: Non ita hoc intelligē-
 dum est, quasi aliquibus iam lauasset & post eos
 venisset ad Petrum: Quis enim nesciat primum
 Apostolorum esse beatissimum Petrum? sed in-
 telligendum est quòd ab ipso cœperit. Et sic Au-
 gust. primatum Petri vtpote notissimum affir-
 mat. Hoc idem constanter asserit in sermone de
 cathedra Petri sic dicens: Institutio solennitatis
 hodiernæ à senioribus nostris cathedræ nomē ac-
 cepit, ideo quòd primus Apostolorum Petrus ho-
 die Episcopatus cathedram suscepisse feratur, at-
 que ibi paulò post. Et ideò dignè hoc fundamen-
 tum ecclesia colit, super quod ecclesiastici ædifi-
 cij altitudo confurgit. Idq; satis exploratum est:
 Nam si ecclesiæ tantum tradita esset potestas, se-
 queretur, quòd Pontifex Maximus maiori, quam
 quilibet de concilio, iurisdictione non frueretur,
 quod proculdubio ridiculum esset, & contra euã-
 gelica documenta, & cōtra canonum sanctiones
 decreta conciliorum, ac traditiones sanctorum,
 quas abundè iam antea cōmemorauimus, ex qui-
 bus omnibus habetur, Romanum Antistitem in
 Petro potestatis amplitudinem accepisse. Sed de
 traditione potestatis ecclesiæ nusquã expressum
 est, vt supra plenè probauimus. Idcirco dubiū pro
 habile fuit, quærere scilicet vnde originē sumpse-
 rit ista potestas, quam exercet ecclesia, & quã vt
 T 2 quandoq;

164

165

161

166

quandoque habeat necesse est: aliter sequeretur, duobus de Pōtificatu certantibus ecclesiam iudicare non posse, quod & nefas esset, & in graue cederet ecclesiæ detrimentum, ac repugnaret cap. si duo, lxxix. distin. Idēq; si Papæ electio tanquam simoniaca vel metu facta oppugnaretur, secundum c. si quis pecunia, lxxix. distin. Similiter si Papa mortuus esset, vel demētia captus, vel ob heresim de sede eiectus, vel negligens in vrgentibus negotiis & imminentibus ecclesię periculis, ecclesia decernere non posset, nisi supremam hanc potestatem haberet, quare quod eam habeat necessario concludendum est: quomodo autem eam habeat, inferius explicabitur. Si igitur & solus Pontifex eam habet, & ecclesia in ipso. Quoniam patres concilii eam ipso inuito, quod longè maius est, & contradicente exercere possint, non video: cum ipse huius potestatis sit fundamētum & caput. Hoc eodem, vt prædiximus, modo illa obiectio confutatur, quę nonnunquam colligi solet in c. firmiter, §. vnam sanctā. & ibi Ioan. And. de summ. tri. vbi traditum est, Christū ipsum ecclesiæ, & Apostolis ac eorum successoribus claves concessisse, cui sententię videtur etiam cōsentire Host. in c. noua, de pœnit. & remiss. Nā hoc intelligendum est ordine præmemorato, scilicet, vt in Petro p̄ncipaliter collocatę sint claves, & potestatis amplitudo, deinceps verò à Petro & eius suc-

167

cessore tanquam à fonte in alios potestas defluat, vt Leo iam sæpè citatus docuit in c. ita dominus, xix. distin. & habetur in c. fundamēta, atque vt latius fuit in prima parte conclusum. Si igitur & ecclesia & alii omnes hanc non habent auctoritatem nisi in Petro & eius successore Romano Pōtifice: Pontifex autē eam habeat: Omni quæstione remota videtur eius decisioni adherendū esse, qui hac plenissima iurisdicēdi fungitur potestate. Intelligo tamen nisi Pontifex vsque adeò insaniret, vt expressè contra dogmata fidei loqueretur.

Verum si aliquis fortè diceret, eum dici errare, quod contra patrum sententiā loquatur. Respōdeo verum id non esse, quia nusquā cautū est: eru-
 bescimus autem cum sine lege loquimur. l. illam, C. de collat. immo à sacris cōstitutionibus declaratum est, Papā errare tantummodo quādo aperte contra euangelica documenta, vel contra Apostolorum & sanctorum patrum eos sequentium decisionem apertam decidere vellet, vt ait text. in cap. sunt quidam, Sed hoc in proposito casu non præsuppōitur, ergo, &c. & hoc repugnaret iis, quę Abb. Rosell. & Card. Alexand. in locis iā antea citatis aiunt, dum affirmant Pontificis opinionem sequendam esse, quando melioribus quàm patres rationibus moueretur. Si enim præsupponūt eum melioribus rationibus moueri posse: Ergo etiam
 sentiūt, Papam eo ipso quod à patribus dissentit,
 non

168

169

169

non errare: sed rectè reperitur contrarium, cum qui in negotio fidei à Pontifice dissentit hæreticum existimari, ita Hieronymus in d.c. hæc est fides, xxiii. quest. i. Prætereà si hoc verū esset, Glo. in d.c. quodcunq; & Archid. qui eā in q. fidei amplectitur, malè loquerentur: præsupponunt enim sententiam Pontificis patribus contradicentē prævalere: ideo eo ipso Pontifex non dicitur errare. Sic etiam destrueretur Glo. in d.c. in istis, vbi contradicentes sententias præsupponit & arbitrium Pontificis prævalere ait, nisi contra fidem loquatur: Atque ideo non dicitur Papa contra fidem loqui, etiam si aliter quàm patres sentiret. & hoc eo magis quia citat d.c. sunt quidam. secundū quod sunt ipsius verba intelligenda, vt p Bart. in d.l. nō solum. §. liberationis. ff. de liber. leg.

- 170 Deniq; non obstat, si diceretur, Papam errare posse. c. nunc autem, xxi. dist. ecclesiam autē vniuersalē errare non posse. c. à recta, xxiii. q. i. Quia respōdeo quāuis Papa vt homo errare possit iuxta illud, omnis homo mendax, tamē si notoriè nō errat, in dubio errare non censetur, cū eius vita iam ad Christianæ vniuersitatis regimē approbata sit. c. non nos, xl. dist. facit l. i. ff. de offic. præfect. præ: & ideo ipsius sententiæ, qui iudicandi auctoritatem habet, standum est, vt prædiximus.
- 171 & est tex. in c. noua quædam de pœnit. & remis.
- 172 Rursus dico loca in quibus autores sentiunt Pontificem

fificem errare posse, intelligenda esse de iudicio personali ipsius Pontificis: aliter autem vbi Pōtifer Maximus, vt Christi Vicarius sedens in solio suæ maiestatis negotium fidei definiret, quia eo casu, cum ei Spiritus sanctus assistat, vt paulò ante probauimus, credendum est, eum errare non posse, ita docuit Leo in ij. ordinationis suæ dicēs super illud, Ego rogavi pro te, &c. specialis cura à Domino Petri suscipitur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. Hoc idem sensit B. Bernardus, qui ad Innocentium Papam scribens ait. Dignū arbitror ibi potissimum refarciri damna fidei, vbi fides defectum habere non possit, & reliqua, quæ supra retulimus. Sic etiam B. Thom. in quolibeto. ix. ar. ultimo, secundum quod refert Brixienſis in quibusdam responsionibus factis contra Panor. distinguit inter opinionem Papæ & sententiā Papæ. Idem ait Caietanus in trac. de aut. Pap. & concil. & alij, qui hac de re egerunt, pro quibus adduco tex. in d.c. hæc est fides, vbi Hieronymus ait, se in ijs quæ ad fidem attinent, emendari paratum esse à Pontifice, quia Petri sedem & fidem tenet. Ecce nisi Hieronymus sensisset, Pōtificē in sede Petri sententiā fidei proferentem à veritate declinare non posse, utiq; ei fidem suam non credidisset, & hoc præsertim cum non aliam huius suæ credulitatis rationem afferat, nisi quia Pontifex

Petri sedem tenet. Quod deinde etiam magis expressè confirmat dicens, si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, qui cunque me culpæ voluerit, is se hereticum comprobabit, ex quibus verbis non obscure colligitur, Hieronymum sensisse Pontificem Apostolatus sui iudicio iudicantem errare non posse, cum à tali sententia dissentientem hæreticum esse perhibeat: & ratio est in promptu, nam si Papa in ijs, quæ ad fidem pertinent, iudicandi potestate perfruitur, vt latè iam antea fuit ostensum: cõsequens est, vt errare non possit, alioqui nihil stabile & firmum in ecclesia haberemus: quo nihil deterius posset contingere. Et huic rei magno est argumento, cum nusquam inueniatur, Papam aliquẽ, quã tũcunq; malum, vel constitutionem condidisse, vel sententiam protulisse, quæ à fide deflecteret: id quod profectò non potuit nisi Dei spiritu afflante contingere, qui iudicio illius sedis semper assistit, vt superius tetigimus. Posset etiam ab aliquo fortè dici, cõcilia quoque nonnunquam errare posse & quandoque errasse, vt docuit Cardi. Alex. in d.c. Anastasius, in fi. Nec refragatur text. in d.c. à recta, primò, quia ibi non probatur id, ad quod d.c. allegari consuevit, cum ibi non ecclesia errare non posse, sed nunquam errasse conscriptum sit. Hæc autem dissimilia sunt, ergo de vno ad aliud non infertur l. Papinianus, ff. de minor. Secundò

cundò dicimus text. illum de vniuersali ecclesia intelligendum esse, quæ est omnium fidelium collectio, vt habetur c. ecclesia, de consecr. distinct. j. ita Glo. in d.c. à recta. & Abb. in c. significasti, de elect. cui accedit Ripa in c. j. de iud. & Caiet. Cardi. Alex. & Card. Iac. in locis præmemoratis cõsentiant, arbitantes hoc de concilio, in quo tantummodo vniuersalis ecclesia repræsentatur, sentiendum non esse ob rationis dissimilitudinem, quia primo casu fides in quocunque etiam minimo fideli reperiri posset, quemadmodum & in sola B. Virgine fuit reperta. Vel si volumus (vt magis verum puto) q̃ non modò ecclesia ipsa vniuersalis, sed etiam is, qui eam representat, in pertinentibus ad fidem errare non possit, tũc ea ratione Pontificem quoque errare non posse dicimus, quippe cum in eo vniuersalis ecclesia representetur, c. quodcunq; xxiiii. q. j. c. scire debes, vii. q. j. tradit Glo. in d.c. à recta. Et propterea id, quod fuit statutum à Papa dicitur fuisse ab vniuersali ecclesia constitutum, c. Pia cum glo. de excep. in vi. hinc ait B. Thom. in ii. ii. q. xi. arti. ii. in solutione vltimi arg. auctoritatem vniuersalis ecclesie in Romano Pontifice residere. quod verum esse intelligo, quando Pontifex ex Præsulatus sui iudicio sententiã profert, vt prædiximus. Sed posito etiam quòd Pontifex errare posset, concilium autẽ non, intelligo illud de concilio integro in quò summus

summus inest Pontifex, qui eius caput est, quia
 quanquam ipsi soli sine alijs ligandi potestas tra-
 dita est: tamen non alijs sine ipso tributa fuit. Et
 doctores, quorum supra memini, dicunt, Papam
 melioribus quandoque rationibus moueri posse,
 in iis, quæ ad fidem pertinent, ergo sentiunt Syno-
 dum cui Pontificia desit autoritas errare posse.
 quia fidei veritas vnica est, quam si à Papa cõtra-
 dicentibus patribus inueniri posse concedimus,
 fatemur patres à tramite veritatis posse deflecte-
 re, & consequenter errare. Præterea cū loquimur
 de ecclesia, loquimur de corpore mystico, ergo
 de capite & principaliter intelligimus, vt etiã su-
 perius dictum est, respondendo ad leges, quibus
 cautum est cõciliū plenissimā habere potestatem:
 175 Nam intelliguntur de integrali cõcilio, in quo Põ-
 tificia potestas, tãquã sol inter sydera corruscat,
 præsertim cū pro ipsius fide à Christo principa-
 liter oratum fuerit. Sed capite à membris dissen-
 tiente, dico membris à capite discedere non lice-
 re, sed illud sequi debere per c. non decet, xii. dist.
 Caput enim quantum cõteris mēbris sit præstan-
 tius & natura ipsa satis indicat, & eruditè admo-
 dū declaratur per Bal. in c. i. §. ad hæc, de pac. iur.
 firm. Abb. & Feli. in c. cum non liceat, de præscri.
 176 Quare cum de capite naturali ad Papam ecclesię
 caput valeat argumentum vt Leo docuit in c. ita
 Dominus, xix. dist. & Cyrillus in libro Thersaur.

& Ioan.

& Ioan de Lign. in tract. de censura ecclesiastica.
 §. iiii. Consequens est, vt quemadmodum mēbra
 dissentiente capite agunt frustra, ita membra hu-
 ius corporis mystici negotia ecclesię præsertim ar-
 dua contradicente Pontifice diffinire nõ possit.

Ex iis igitur liquere arbitror, etiã in dubia fi- 177
 dei quæstione Papæ iudicium sententię patrum
 præferri. Nunc dico etiam si aliter esset, hoc pro-
 positæ cõclusioni nostræ non repugnare: nã vt 181
 Card. Alex. ait, in d. c. Anastasius, hoc nõ esset ex
 maiori potestatis, sed ex maiori iudicii:
 quia ex quo Patres veritatem fidei iudicare existi- 181
 matur, sequeretur Pontificem aliter sententem
 errare in fide, & consequenter eius sententiam tã
 181 quam à fide alienã reiciendam esse: immo ipsum
 tanquam hæreticū accusari posse, vt d. Card. ait,
 sed tunc propterea non diceretur concilium ma-
 iorem ipso Pontifice potestatem habere, quia eius
 potestatis causa non esset ipsum cõciliū, sed ve-
 ritas, contra quam si Papa niteretur, tanquam he-
 reticus, & consequenter tanquam non Põtifex,
 iudicari posset. Nam veritas à quocunq; inuenia 178
 tur tenenda est, vt sæpe dictum est. Postremo ne
 illud quidem omiserim, quod dici fortasse posset
 cõcilia etiam sine Põtifice multa posse facere, vt 179
 est, Papa mortuo, aut deposito, aut negligente ad
 prouidendum necessarijs ac imminentibus eccle-
 się periculis: ergo videtur concilia etiã sine Põnti 180

tifice supremam habere potestatem. Breuiter dico Papa naturaliter seu ciuilitate, vt puta per depositionem, mortuo, ideo concilium summam habere iurisdictionem in casibus, qui moram non patiuntur, quia tunc Pontificiam nanciscitur potestatem, vt iam antea tetigi, & late tradunt qui ea de re scripserunt. Idem est etiam vbi Pontifex in vrgentibus ecclesie negotiis periculisq; negligens est. Nam in quacunque vniuersitate ob magnam maioris & potentioris partis incuriam propria potestas ad alios recidit, & eis accrescit, qui alioqui nihil possent. I. cum Nauarchorū. vbi Bart. C. de nau. lib. xi. not. in c. gratum, de postul. prelat. Faciunt not. tradita per Pet. de Anch. in confi. 409. uiso & diligenter inspecto col. pen. & fin. Dum tradit Potestatem etiam Papæ reseruatam posse tempore schismatis ab ordinariis exerceri propter urgentem necessitatem. que sequitur Car. Alex. in. cap. per uenerabilem. §. quod autem, qui fil. fin. leg. car. 21 & 27. Hinc etiam ad vnum solum Cardinalem aliis negligentibus, totius collegii iura deuolui, & ipsum solum nomine omnium Pontificem eligere posse nouimus. in Glo. communitur approbata in Clement. ne Romani, §. porro, de elect. & ne longe exempla petamus, in hac materia scilicet congregandi concilii, quamuis principaliter summi Pontificis autoritas exigatur, tamen iustante necessitate, vt puta pro sedanda

da hæresi, Papa requisito & recusante, aut negligente, potestas illa ad Cardinales, & eis negligentibus ad Imperatorem, tum deinde ad alios principes, ac deniq; ad inferiores quoq; deuoluitur, vt per Rosell. in tract. de concil. & per alios, qui hac de re scripserunt, quos etiam retulit Ias. in cōs. xcvi. in quarto vol. hoc tamen de hæresi sedanda declarandum est, vt infra in tertia parte explicabimus. Quare & in proposito casu dicimus Pontificiam potestatem, ob summam ipsius Pontificis in negotiis vrgentibus negligentiam ad conciliū recidere: ut probatur ex multis, quæ in simili docuit Feli. in. c. cum olim de testi. Itaque cum in eo & Pontificia insit potestas, illud sequitur, nihil propterea Pontificiæ adimi potestati, neq; concilium Pontificia potestate maius esse, cum illa concilii caput sit, ac in eo in concreto consideretur. Facit ad rem hanc Archidiaconi documentum in c. porro, lxxvj. distinct. cum multis, quæ copiosè superius adducta sunt, & pro conclusione ac sigillo (vt ita dixerim) eorum, quæ in hac disceptatione deduximus, affertur edictum concilii Florētini, quocautum est, Romanum Antistitem in Petro regendi & gubernandi vniuersalem ecclesiam potestatis plenitudinem accepisse: quo stante nefas est amplius disputare de potestate concilii sine Pontifice, ne dum supra eum. Nam ecclesia vniuersalis, collectio fidelium est, quæ in concilio esse iu-

se iuris interpretatione censetur (vt prædiximus) supra quam quidem vniuersalem ecclesiam, si Papa est, vt fuit apertissimè ab illo cōcilio declaratum, inanis est ista collectio, cū ad ipsum Pōtificem spectet regere & gubernare ecclesiā vniuersalem, non autem ab ea regi vel gubernari. Et eo magis cum hoc ipsum concilium declaret, ita quoque præcedentes Synodos æcumenicas sensisse, quod infra etiam plenius opportuno loco aperiemus.

187 Nec aduersus prædicta omnia vrget constitutio in iiii. & v. sessione à Constantiensi concilio edita, & à Basileiensi deinceps repetita, qua cautum est. Quæcunque cuiuscunq; status & dignitatis etiam si Papalis existat, obligatum esse parere præceptis illius, & cuiuscunque alterius cōcilio legitimè congregati in iis, quæ pertinent ad fidē, & extirpationem schismatis, & ad reformationem ecclesiæ in capite & in membris. Quorū verborum occasione dici nō potest, quāta sit exorta perturbatio, & quā multi conati sint supremi capitis imminuere potestatem, qui & ingenio & doctrinæ gloria florentes postea quā plurimis auctores fuere ita sentiendi, & huius altercationis & ciuilibis atq; intestini belli in ecclesia excitandi de hac maiori parte potestatis, de qua hoc libro disputare instituimus. veritatis autem studio laborem hunc libenter suscepimus, atque in hisce potissimum

188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

190 ipso fieri non posse. Hæc veritas probatur etiam
in c. dudum iii. q. vi. vbi habetur, ab Apostolis &
eorum successoribus in antiquis fuisse decretum
statutis, quæ sancta vniuersalis tenet ecclesia, nõ
debere absque conscientia Romani Põtificis cõ
191 cilia celebrari & ibi Gem. Hoc idem in concilio
Niceno fuisse sancitum multi patres fide dignissi
192 mi prodiderunt: Iulius enim Primus, qui paulò
post illam Synodum fuit ad Pontificatum eue-
ctus, in Epistola prima & secunda ad orientales
Episcopos, & Athanasius ac omnes Episcopi Ae-
gyptij, Thebaici, & Lybici, in Alexandrina Syno-
do congregati, in epistola ad Fœlicem 11. affir-
marunt, ita (vt prædiximus) fuisse à Niceno con-
cilio ipsis præsentibus constitutum. Hoc ipsum
& Galla Theodosij Augusti mater in epistola ad
193 filium confirmauit dicens, Legatos Romani Põ-
tificis secundum Niceni concilij diffinitiones so-
litos esse concilijs præsidere. Nec quispiam mire-
tur hoc inter illius Synodi constitutiones non re-
periri, cum nouerimus multas ex eis hæreticorũ
insidijs fuisse delatas, vt Felix 11. qui martyrij co-
rona fuit insignis, in eius decretis testatur, & habe-
tur in epist. concil. Sardicen. Idque Athanasius &
Episcopi in Alexandrina Synodo collecti, quo-
rum paulò ante meminimus, confirmarunt, ro-
gantes Eœlicem 11. vt ob hoc Niceni concilij
statuta diligentissimè custodiret. Quare ex tot et
tantorum

tantorum patrum testimonijs liquet, hoc in Ni-
ceno concilio fuisse proculdubio constitutum.
Hęc eadem sententia in concilio Chalcedonen-
si actione decima continetur, vbi scriptũ est, Ce-
cropio proponente ab omnibus patribus accla-
matum esse, illud appellari concilium iure non
posse, quod non esset Apostolica autoritate col-
lectum. Atque ideo legimus Synodum quoque
contra Symmachum Papam iussu Theodorici
coactam decreuisse, ad ipsum Papam quamuis
acculatum, pertinere, Synodum illam cogere, ne
alioqui irrita foret, §. hinc etiam, xvii. distinct. &
de quo supra latius visum est. Huc accedit Mar-
cellum primum, qui martyrio fuit insignis Epist. 194
ij. Damasum Epistola iij. ad Stephanum Archie-
piscopum, & ad tria Africę concilia, ac Iuliũ pri-
mum in locis præmemoratis affirmasse, ab Apo-
stolis & eorum successoribus traditum fuisse, con-
cilia non debere absque Romani Pontificis sen-
tentia celebrari, ad quod videatur etiam tex. in c.
Synodum, & in c. multis, xvii. distinct. In vniuer-
sitatibus enim habetibus caput, iure cautum est,
nihil statui posse sine ipsius capitis autoritate se-
cundum Innoc. in c. cum accessissent, & in c. cum
omnes, de constit. facit. l. omni in nouatione, &
ibi Alber. de Ros. C. de sacros. eccle. Hinc noui-
mus Pelagium 11. præcepisse vana irritaque esse ea
omnia, quæ agebantur in Synodo sine ipso Nea-
poli

- 196 poli congregata, vt videre est in eius epist. decretali, & in d. c. multis, facit, c. bene quidem, xcvi. distin. Similiter & Damasus epist. v. eadē ratione constituit, concilium Ariminense nihil prorsus statuere potuisse. Ennodius in libro autoritate v. Romani concilij confirmato, atq; inter illius gesta relato, & Socrates Episcopus in lib. iiii. ca. ix. cuius opera in vii. cōcilio approbantur, cōstāter asserūt, ecclesiasticis regulis mandari, ne præter sententiā Romani præsulis concilia cōgregētur.
- 197 Non præmitto ante conciliū Sardicense fuisse ab Arrianis Synodum in Antiochia collectā, uā. fuit habita nullius momēti propterea quòd usque Romani Pont. autoritate cōuenerat, vt autores Græci in lib. iiii. Tripartitæ historiæ docuerunt. Deniq; Sanctus ille Stephanus, cuius celebritatē Græci xxiiii. die Septēbris venerantur, damnat conciliū, quod de abrogandis imaginibus sine Romani antistitis autoritate cōuenerat, & cū eius concilij decretum æcumenicū diceretur, exclamans ait, O ignorātiā, o absurditatē, & quomodo Synodus hæc æcumenica vocabitur, quam Romæ præfidens nō approbavit? sine quo impossibile prorsus est, res ecclesiasticas regulari.
- 199 Accedit ad hæc tex. in c. Regula, xvii. distinct. & in c. ideò. ii. q. vi. & quæ habentur per Aymarum Archiepiscopum Remensem in suo lib. de Synodis, cap. xviii. vbi ita inquit, ne mireris, quòd ipso

rum

rum conciliorum autoritatem Romano Pontifici ascribamus, nam nulla concilia rata leguntur, quæ apostolica autoritate suffulta non fuerint.

Et quoniam apud pertinaces de hac ipsa re nō nunquam difficultates oriuntur, libet in ea ventlanda paulū immorari, vt contraria diluamus. Huic igitur apertissimæ veritati obiiciuntur ea, quæ illi, qui contra nos sunt, aliquando obloquuntur, dicentes; antiqua concilia non fuisse Romani Pontificis autoritate collecta: Nicenum quæ, Constantinopolitanum, Ephesium, & Chalcedonense adducunt. Rursus aiunt, Concilium Aquileiense fuisse in Italia celebratum, cui præfuit Ambrosius. Respōdeo enim, vt pro illustriori dicendorum intellectu affirmandum est, non esse à sacris constitutionibus, & sanctorum patrum sententiā discedendum, quamuis quædam ex prisca illis conciliis prima frōte, solo iussu Cæsaris videantur esse collecta; quoniam id propterea non contingebat, quòd Romani Pontificis abesset autoritas; quinimò, ea præcedente, Imperatores illa concilia congregabant, vt inquit Archid. in cap. mandatis, ii. q. v. dicens, vbicunque reperitur Cæsares concilia coegisse, id semper esse intelligendum, iussu scilicet Romani Pontificis præcedente. Quapropter illius autoritatis magis executores, quam perturbatores iure nuncupari possunt. vt sentit tex. in cap. sexta Synodus,

X 2 xvi.

xvi. dist. ibi exequente piissimo Principe Constantino; idq; testatur Aymarus i. d. loco. Iccirco autem priscis illis temporibus solum nomen Imperatoris proponebatur, ut omnes ex diuersis prouincijs cōuocati patres facilius colligerētur. Cū n. tunc maxima esset hæreticorum potentia & insolentia, parum fuisset, si nudum Papæ præceptū præcessisset, atq; ideo Papa per Principes seculares agebat, quod per se ipsum agere non potuisset, & multa contra Cæsaris auctoritatem attulit
 201 oldr. in cons. 69. ubi totis uiribus conatur ostendere illam nullo iure uel Diuino uel humano esse subnixam, quod quidem cons. terribile esse dixit Feli. in. c. cū non liceat de præscrip. sed quicquid sit de hac re saltem dicimus, Cæsarem non modo ullum in sacerdotibus imperium non habere, sed illud etiam, quod in homines sibi subiectos exercet habere accumulatiuè ad Papam non autem priuatiuè, ut uerbis utar Feli. & aliorū, qui ita docuerunt in. c. Quoniam de rescript. uacante autem alio principatu sæculari, non Cæsar sed ipse papa succedit secundum ueriores sententiam, quoniam ei subest tanquā habenti potestatem illam in habitu reducibilem ad actū, ita Feli. post alios in. c. Licet ex suscepto de for. compet. ubi eadem ratione cōmuniter affirmatum est, Papam uacante imperio succedere, & non è contra, ita etiam habetur per Bart. cum ibi additis in
 l. j.

l. j. §. denique. ff. de aqu. plu. arce. sed de his hætenus. Iam igitur doceamus sine Pontificis auctoritate concilia illa non fuisse coacta. In Niceno concilio dicimus Osiū Episcopū Cordubensem unā cum Vincentio & Victore uices agētem Syluestri Romani Pontificis præfuisse, ut legitur in præfatione ad concilium Sardicense, eosque illius concilii sanctionibus primos subscripsisse, nam ab ordine subscriptionis superioritas conici solet, l. j. §. quibus. C. de nou. cod. fac. quæ etiam ex eo uel facile dignosci pōt, quod patres illi petiuerunt, ut acta in illo concilio, sua ipse Syluester auctoritate firmaret; id quod superiorem potestatem haud obscure indicat, ut iam sæpe dictū est. Constat etiam ex relatione multorum insigni pietate illustrium, quos paulò ante attulimus, in eadem Synodo inter cætera fuisse sancitum, non licere sine Papa Synodos conuocari. Quapropter constantissimè affirmandum est, patres illos in suo concilio celebrando, alio iure uti non uoluisse, quàm eo, quod ipsi alijs statuerunt argumen. l. j. & tot. tex. ff. quod quis iur. Præterea antiquis documentis traditum est, Synodum illam, nutu Syluestri fuisse coactam. ut habetur in epilogo Romani concilii sub Syluestro Propterea quamuis solus Constantini iussus præcessisse uideatur, credendum tamen est, id sine Syluestri uoluntate non fuisse peractum,
 tum

203 tum ex prædictis, tum etiam quoniam quantum honoris Syluestro Constantinus tribueret, videre est, in edicto Constantini, in quo eum esse summum, esse maximum, esse sacerdotum principem, prædicauit; Porro in hæresim laberetur, qui illius sedis priuilegia ledere auderet. c. omnes xxii. distinc. quod scelus de Constantino illo optimo suspicari, ne dum dicere, est nefas. Denique huius sententiæ magnum est argumentum, cum nouerimus Constantinum multos libellos, in quibus sacerdotes accusabatur, sibi oblatos reiecisse, & palam dixisse ad se huiusmodi iudicium non pertinere. Quare verisimile est, eum pari ratione, ne Romani Pontificis autoritas imminueretur, noluisse præcipere, vt Synodus colligeretur;

204 nisi Syluestri præcedente consensu; quoniam in voluntate hominis excutienda plurimum inspicitur, quid is facere consueuerit. l. si seruus plurium. §. si. ff. de leg. j. l. pen. ff. de alim. leg. Hactenus de concilio Niceno. Primum concilium Romanum in quo ipse Constantinus & cclxxv. patres interfuerunt, Syluestri iussu coactum est, solam Constantino præsentiam exhibente. Arelatense concilium ii. vna, cum Eugenio & Quiriaco Syluestri vices agentibus celebratum est. Romana Synodus ii. Julio i. præsidente, habita fuit. In concilio Sardinense plurimum honoris Romano Pontifici delatum est. vt in iiii. & vii. cap. eiusdem

eiusdem concilij continetur. Statutum enim in eo fuit, episcoporum appellationes ad illam sedem esse referendas; atque ideo coniiciendum est, illud quoque concilium fuisse Iulij autoritate coactum; ne supremæ ipsius dignitati detraheretur, quamuis id expressè legi non possit; cum integrorum illorum exemplaria non habeantur. Traditum enim est in præambulis ad concilium Sardinense multos patres se ob angustas inducias excusasse, culpantes Iulium Romanum Antistitem: Cur autem de induciarum angustia reprehenderetur, qui suam in cogenda Synodo non imperitus esset auctoritatem? Præterea exploratum est, vt ibidem habetur, multas tunc Romano Pontifici ab hæreticis redditas fuisse literas Athanasium accusantes, multasque à catholicis eum excusantes, à quibus tum accusationibus, tum excusationibus porrectis secuta est celeberrimi illius concilij congregatio. Diu etiam ob hanc eandem causam Athanasium Romæ moram traxisse nouimus. Ex quibus omnibus necesse est in eam ire sententiam, vt Papæ autoritas omnino magnæ illi Synodo interfuerit; multæ enim coniecturæ probationi plenæ sufficiunt. l. ii. cum glo. ff. de excus. tut. Imo. in cons. cxxxix. Crauet. in cons. clviii. Imò sola præsumptio plenè probat, in ijs, que sunt consona veritati secundum Bar. in d. l. ii. ff. de excus. tut. Mileuitanum concilium, in quo ratio fidei ventilatur,

ventilatur, auctoritate Papæ fuisse collectum, testatur Innocētius I. cum enim ad illos patres, qui ad eum literas dederant, rescriberet, ait. Mileuitanum nostra auctoritate concilium. Septimum Chartaginense concilium non fuit sine Papæ legatis celebratum. Quod autem attinet ad concilium Constantinopolitanum, quamuis in eo parua admodum Romani Pōtificis mentio habcatur, non tamen propterea contra nos sumendum est argumētum, quoniam ob Arrianorum furorē aliquando aliter fieri non potuit, vt habetur in v. cap. illius concilij. Veruntamen etiam ibi vidimus Romano Antistiti supremū semper honorem fuisse delatum, cū statutum fuerit primū honorem Constātinopolitano, post Romanū, deberi episcopo. In concilio illo Ephesino primo, quamuis integra eius gesta non habeantur, nouimus tamen Cyrillum Alexandrinum vice papæ Celestini prælidisse, vt legitur in præambulis ad illud concilium, licet mendaces aduersarij, & in hoc, & in Chalcedonensi, negent auctoritatem Romanorū Antistitum intercessisse. Vt igitur hæc eorum impudentia detegatur, Chalcedonensis illius cōcilij gesta perscrutemur, ex quibus constabit in ea Synodo & cogenda, & celebranda, & post illius confectionem, supremum semper honoris, & iurisdictionis gradum Leoni fuisse tributum, atque ita ex iis, quid in alijs quoque veteribus

veteribus illis concilijs fuerit obseruatum, vel facile accipietur. Valentinianus & Marcianus Augusti in epistola ad Leonem, eum rogarunt, vt magna Synodus Chalcedonensis, ipso autore, colligeretur. Huius veritatis est testis vir sanctissimus Leo, qui ad Synodum illam scribens in epistola xlv. sic ait. Amplectendum est clementissimi Principis concilium, qui nos ad reformandam ecclesiam conuenire voluit, Petri tamen iure atque honore seruato. Existimetis igitur nos in his fratribus Paschasio &c. qui ab hac sede directi sunt, illi concilio præsidere. Hoc idem confirmat Leo ad ipsum scribens Marcianum Augustum, vt patet in epistola xlvii. cū inquit, prædictum fratrem & coepiscopum nostrum vice mea conuenit concilio præsidere. Aiunt isti veritatis perturbatores, Leonem inuitari, nec nos id negamus, sed quo tandem modo inuitatur & rogatur? Certè vt concilij autor sit, vt ei præsit. Præterea diligenter est animaduertendum, rogatum fuisse ab Augustis Leonem, vt suam concilio præsentiam exhiberet. Sic enim futurū sperabant, vt res ecclesiæ, quæ in ij. Ephesina Synodo, vi & metu fuerāt ab hæreticis profanata; maiori ordine componerentur: Verum quia moris non erat, vt Pontificia maiestas accederet, præsertim cum in longinquis partibus concilia colligebantur. Sed tantum per Legatos

Y eò

eò destinatos præflet. Iccirco Legatos misit, qui huic concilio præfiderent. Audiamus Paschaliuum Leonis legatum coram toto concilio ipsa hæc profitentem, affirmantemque ideò necesse esse, vt omnia, quæ ibi erāt pertractāda, sua prius interlocutione decernerentur, cui omnes patres assensere; vt videre est in Actiōe iii. illius concilii. hoc idem latè probat Ioā. de turr. crem. in iii. lib. suæ summæ. ca. xi. Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniæ constanter asserit, Romanam sedem sola sua autoritate decreuisse, vt Synodus Chalcedonensis haberetur. Quid igitur adhuc plura desideramus? cum Gelasii, Leonis, ac ipsorum habeamus testimonia Imperatorum, quæ Leone autore, aiunt Synodum Chalcedonensem fuisse collectam.

208 Nunc idem in ipsa celebranda obseruatum fuisse doceamus. Colligitur ex libellis cōtra Dioscorum porrectis, semper Leonis nomen concilio fuisse prælatum, atque inde coniicitur, ipsum tanquam caput cæteris præfuisse; maiores enim in prioribus locis poni consueuerunt. l. i. §. quibus. C. de nou. cod. fac. ex gestis eiusdem cōcilii. Actiōe x. habetur, à patribus dictum fuisse palam: Romanæ sedis legatos, & prius loqui, & prius acta confirmare consueuisse. Immo cum de ferenda contra Dioscorum damnationis sententia ageretur, patres concilii, Leonis vices agē
tibus

tibus dixere, ipsos ibi primatum obtinere, & propterea ipsorum esse sententiam ferre, in quā vniuersa Synodus esset concessura. hæc ibi in Actiōne iii.

Verum quid deinde celebrata illa Synodo 209 actum fuerit aperiamus. Tota Synodus in epistola ad Leonem testatur, ipsum sibi, vt caput membris præfuisse. Imperatorem verò ad ornamentū interfuisse. Ecce quàm clarè hoc loco probetur id, quod paulò antè narrauimus, scilicet Imperatores nunquam conciliis, vt præfides præfuisse sed ad ornamentum, hoc est ad libertatem concilij defendendam. Item Synodus à Leone petijt, vt gesta approbarentur, Idem quoque Augustus & Augusta petiere, vt in eorum epistola traditū est. Leo autem illa tantum confirmauit, quibus ipse suam autoritatem fuerat impertitus, insinuans, concilia autoritate Romani præfulis, quasi quodam freno temperari ac regi, hæc habentur in epistolis Leonis lvii. lviii. & lxxix. Quantū etiam honoris Leoni concilium exhibuerit, ex eo liquet, quòd ei summitatis titulum tribuit in epistola eiusdem concilij ad Leonem. Qui autē summum quidpiam esse affimant, nihil illo sublimius esse pronuntiant.

Quare quid amplius pro hac parte adduci possit, non video, quàm si quis doceat antiqua concilia iniussu Romani Pontificis non fuisse
Y 2 collectas;

collecta; ab eodem verò Pontifice petita, & ab ipsis concilijs, & ab Imperatoribus, vt conciliorum gesta, sua autoritate firmaret, ab eodē acta ritè celebrata roborari, & rursus ab eodem illicita damnari.

- 210 Clamant concilium Aquileiense, cui præfuit Ambrosius, in Italia celebratū, in quo nulla Romani præsulis mentio habetur. Respōdeo illius concilii acta mutila esse, nec integra ad posteros peruenisse, & propterea quæstiones nostras illorum autoritate decidi nō posse, & idem dicimus de multis aliorum conciliorum gestis, quæ imperfecta ad hanc ætatem vix peruenerunt. Nam,
- 211 vt Celsus ait Iurisconsultus, inciuile est, nisi tota lege perspecta iudicare. l. inciuile. ff. de leg. faciūt ad remtr a. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & per Doct. in rub. ff. de no. oper. nunc. & per Canon. in c. contingit, de fid. instr. Collectio enim ista non valet, hoc non legitur factum, igitur non fuit factum, quia locus ab autoritate negatiuè nullius est roboris, & momenti. Legitur enim Io. vlt. multa alia fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Præterea non est verisimile patres illos præfertim in Italia conuenisse, nisi Papæ saltem tacito accedente cōsensu, idq; quoniam ita in concilio Niceno fuerat iam antea cōstitutum, vt à fide dignis autoribus acceptū est, quorum supra meminimus: tum etiam quia con-
- cilia

cilia iniussu Papæ congregari non consueuisse affirmatum est in concilio Chalcedonensi, vt supra diximus. Demum illud quoque affirmamus, si concedatur quod iure negari potest, illam Synodum iniussu Pontificis conuenisse, non tamē propterea hac Pontificiæ potestati obesse; nihil enim noui de fide ibi traditum est, sed quidam tantum, qui in Arrianam perfidiam inciderant, erant hæretici declarandi, vt ait Gelasius in epistola ad Episcopos Dardanię: quocirca cum iam antea error ille esset damnatus, hæc sententia illorum magis conciliorum, quæ hæreses damnauerunt, quam Aquileiense, iure appellari potest c. Acatius, cum glo. xxiiii. q. j. Qui autem iudicis sententiam exequitur, autoritatem illius intelligitur comprobare. l. ad solutionem. C. de execut. rei. iud. faciunt ad rem tradita per Abb. per illum tex. in. c. in causis, de elect. & est tex. not. vbi Bar. in. l. vnum ex familia, §. j. ff. de leg. 2. vbi habetur id quod ab executoribus testamenti factum est, ab ipso testatore factum esse censi.

Disputatū etiam fuisse aiunt, in concilio Char- 212 taginensi, esset ne in Synodo Nicena sancitum Episcoporum appellationes ad Romanum esse Pontificem deferendas, & in libris illius concilii nusquam canonem hunc inuentum fuisse, & ex hoc inferunt contra Romanæ sedis autoritatem. Nos verò asserimus ibi duntaxat disputatum esse;

an

an inter illos canones hic canon esset descriptus. Proinde et si repertus non fuit, non tamen sequitur, eundem canonem non fuisse in illo concilio constitutum, præsertim cum id Athanasius, & Egyptii Episcopi, aliique plurimi affirmarunt ut prædictum est. Nec mirum est, si multi ex dictis canonibus desint; quia (ut ait Athanasius scribens ad Felicem. II.) ab hæreticis potentissimis destruebantur. Quid plura? videamus quòd legati Papæ asserebant Africanis Episcopis dissentientibus; id ne iure diceretur, an non? ut intelligamus vtra iustior esset contentio. Iustissimam fuisse dicimus legatorum affirmationem, cum id à Nicenis patribus fuisse sancitum superius docuerimus. Præterea hoc idem fuit in Sardicensi concilio declaratum, ut habetur in .4. & 7. cap. illius concilii. Iure igitur fiebat, quod vel vnius, vel alterius ex his duobus conciliis erat auctoritate subnixum, & usu comprobatum. Quare vel Africanos iniquè egisse concedendum est, cum à concilio saltem Sardicensis sententia discreparint, vel dumtaxat disceptasse, an ille canon esset inter alios Nicenos descriptus: quo casu nõ sequitur, hoc propterea ibi non fuisse sancitum, quod in libris concilii non sit repertum, nam ut prædictum est, legitur Io. vlt. multa quoque alia fecit Iesus, quæ scripta non sunt in libro hoc. potuit enim vel ab hæreticis subtrahi, vel ab iis, qui

maiestati

maiestati pontificiæ inuidebant, quemadmodum alios quoque subtractos fuisse non incognitum est. Verum si quis adhuc perspicuam hanc veritatem mordere niteretur, dicens, olim imperatoribus fuisse concessum, ut Pontifices ipsos eligerent, ut habetur in. c. Adrianus. 63. dist. et. ex hoc inferre, quòd si electi ab ipsis Imperatoribus pontificatum assequerentur, quo nihil maius in Ecclesia Dei videtur posse contingere cap. licet, de elect. c. vbi periculum, eod. tit. in. vi. & clem. Ne romani, eod. tit. Multo magis concedendum videretur, ad eosdem ius congregandi concilii pertinere. Aut. Multo magis. c. de Episc. & cler. Responsodeas licet in primis: privilegiū hoc ab Adriano, consentiente concilio, Carolo Francorum regi, imperatoriq; fuisse concessum. d. c. Adrianus, & hoc idem Leonem viii. Ottoni primo imperatori seu Alemanniæ regi confirmasse ut habetur in. c. in Synodo. lxiii. dist. idque tum ob ingentes à Carolo magno pro Ecclesia res fortiter, pieque ac feliciter gestas; tum etiam ob nimiam hæreticorum, & schismaticorum potentiam ac seuitiam, qui summos præfules acriter adeo opprimebant, ut ferè tota Ecclesia subuerteretur. Quapropter catholice religionis gubernatores existimarunt hoc pacto pontifices debere ab imperatoribus protegi, ac defendi, ut videtur est in c. vota. §. rationibus, lxiii. dist. Postquam autem

- 215 cū nutu Dei tādem tanta hæc hereticorum potentia cecidisset ; Ludouicus ille nunquā fatis laudatus Imperator , hæc dignitatē Ecclesiæ de-
decorantia perhorrescens, vltro huic tanto priuilegio, sedente Paschali Pontifice, renunciauit, vt traditum est in. c. ego Ludouicus. lxiii. dist. & in. c. sacrorum. §. ex his, ead. dist. Præterea dicimus non rectè colligi argumentum, si dicatur, Qui eligunt Pontificem, electo Pontificiam tribuunt potestatem, & propterea maioris viderentur esse
216 autoritatis; quoniam aliud est iurisdictionem cōferre, in personam declaratam, & vt ita dixerim, determinatam. Aliud est determinare, & declarare personam, quæ ex collatione iam facta huiusmodi nanciscitur autoritatem, vt de hoc est tex. not. & ibi Bar. & alij in. l. vnum ex familia. §. j. ff. de leg. ii. Vbi talis extat elegans iuriconsulti sententia. Hæredem, qui fundum ex dispositione testatoris vni ex ipsius familia relinquere cogebatur: quamuis in eius optione sit, vnum, magisq; alium, cui relinquat. eligere; nihilominus ex quo vnum omninò debebat eligere, nihil ei tribuisse censerit; atque ita beneficium illud primo testatori, non autem hæredi illum eligenti acceptum fertur. Hoc idem pari ratione est etiā in proposita re concedendum: cū enim Imperator vnum, qui futurus esset Pontifex, omninò
217 eligere teneretur; Qui eligitur, Pontificiam potestatem

testatem Deo eam tribuenti, & legi ita præcipiēti, acceptam fert, non autem eligenti, vt docuit Feli. in cap. cum R. canonicus de offi. deleg. qui enim declarat, nihil de suo tribuit, sed datum significat. l. hæres palam. §. si quid post, ff. de testa. simile videmus in eligentibus Imperatorem, & in Cardinalibus, qui nunc eligunt Romanos Pontifices, & tamen ipsi non solum sunt longè inferiores Pontifice, sed nulla prorsus Pontificiæ potestatis prærogatiua potiuntur, vt latè docui in lib. meo de Cardinalatu. q. xxii. Quare deletū remanet illud obiectum, quod ab ista eligendi Pontificis potestate, quam Imperatores nonnūquam habuere, colligebatur. Alioqui enim in illum errorem vel facilè incideremus, Pontificiā scilicet dignitatem à Cæsare inoleuisse, & Pape præfectionem à Cæsare emanasse, qui quidem
218 primū fuit Marsilij de Padua, qui propterea fuit damnatus in extrauag. xxii. incip. licet secundum doctrinam Apostoli, & cum denuò Io. Hus. in eundem cecidisset, fuit iterum in concilio Constantiensi damnatus. Hinc legitur in Actione iii. concilij Chalcedonensis Dioscorum quasi suspectos haberet illos patres, petiisse, vt sententiæ de ipso ferendæ senatus Cæsaris præesset, cui a patribus responsum est, haud quaquam licere, quæ ad religionem spectant, coram laicis pertractari. Hac eadem ratione fuit in Antiocheno concilio
Z constitum,

Q15

217

218

O.S.S.

219 constitutum, eos qui in spiritualibus adire Imperatorem auderent, esse mulctandos, vt relatum est, in ca. si quis à proprio, xxi. q. v. In octaua Synodo cap. xvii. affirmatum est, nusquam sacros canones sanxisse, Principes seculares in concilijs conuenire, sed solos Antistites. Hoc idem fuit disputando conclusum in concilio sub Eugenio III. Senis indicto & congregato, vt testatur Abb. in quæst. incip. Episcopus, & Feli. in c. Apostolicæ, de excep. Quid quod ipsimet laici principes palam hoc ipsum aliquando affirmarunt. Theodosius enim ad primam Ephesinam Synodum scribens, ait, illicitum esse eos, qui non sunt ex ordine episcoporum, ecclesiasticis immisceri tractatibus. Theodoricus Rex alioqui impius, id pariter testatus est; Is enim in concilio cõtra Symmacum Papam collecto apertè professus est, ad patres Synodi tantum spectare, quæ sequenda essent præscribere, ad se autem nihil, præter reuerentiam, pertinere, vt habetur in §. hinc etiam xvii. distinct. sic etiam nouimus, vt iam antea dictum est. Constantinum eadem ratione in Niceo concilio multos libellos reiecisse, in quo sacerdotes accusabantur.

220 Quare vt tandem cõredeamus, vnde digressi sumus, concludendum est, Principes seculares filios esse ecclesiæ; & non præfules: ac eis conuenire, in iis, quæ ad religionem spectant, discere potius,

tius, quàm docere; & multo minus præcipere. C. si imperator. xvi. dist. & hanc conclusionem plenè probat Io. de tur. crem. in iii. lib. suæ sūmæ. c. xxv.

Hæc igitur omnia apertissimè concludunt, robur nullum habere concilia iniussu Pontificis congregata.

Ab hac autem firmissima regula casus tollendi schismatis, & alii, qui moram non patiuntur, excipi solent. quoniam tunc ideo sine iussu Papæ concilia conuocantur, quo necessarium opportuno tẽpore fluctuãti ecclesiæ tribuatur auxilium, atque id tamen fit vi Pontificiæ potestatis, vt prædictum est, quæ ad vniuersitatem Episcoporum recidit, in illis duntaxat casibus, in quibus, periculum imminet, ne Respublica Christiana diu manens in tanto discrimine periclitetur, alia verò negotia, quæ differri possunt, futuro Pontifici relinquuntur, vt docuit Dec. in c. Osius, de elect. Vbi ait hoc ipsum in Synodo Constantiensi, de qua agimus, fuisse conclusum. Idq; Rosell. in tract. de potest. Pap. Abb. in quæst. incip. Episcopus, & Card. sancti Syxti in sua summa retulisse. Faciunt ad rem tradita per Felin. in cap. super literis, de rescript. Ijs hunc in modum expositis & intellectis, iam contra prædictas cõstitutiones clarissima fiet illatio. Quoniam causa, quare concilium illud Constantiense conuenerat, ea potissimum fuit, vt schisma tum vigens tolleretur, à quo in dies aduersus iacta

tam Petri nauiculam impetus procellarum & turbinum magis ac magis inualescebāt. Idq; tam ex bulla Io. 23. in qua illius concilii indictio cōtinetur, quàm ex iureiurādo ab eodē Io. suscepto colligitur. Quare sequitur illius concilii potestātē fuisse ad illos duntaxat casus coarctatam, qui congregationi illi causam prębuerūt, extra quos illę sunt constitutiones, de quibus agimus, quę futuris indubitatis Pontificibus normā dare videntur, atq; ideo iure dicimus, eas ex defectu potestatis irritas esse & inanes. Nam cū patres illi suę iurisdictionis limites egrederētur, qui erāt in tollendo schismate ob pericula imminētia cōstituti, ab eis ēdi iure statuta non potuerunt, quę ad illos præcisē casus non pertinerent, qualia sunt prædicta, siquidem à limitata causa limitati producūtur effectus
 223 l. cancellauerat. ff. de iis, quę in test. delen. cū simil. cessante enim; quę vrgebat, negotiorū causa, quę illi Synodo præbuerat autoritatem, illius quoque iurisdictionis ad finem peruenisse cēsebatur. l. adigere, ff. de iur. patr. c. cū cessante. de appellat. Et ita ipsum illud conciliū sensisse apertissimē constat, cū multa negotia hac ratione futuro Pontifici reseruarit, secundum Abb. in d. quęst. Episcopus, & Dec. in d. c. Osius. Id quod factum nunquā fuisset, si amplam & non restrictam putassent illi patres suam esse potestatem, argumēto l. cum de indubito. ff. de probat. Constat igitur ex prædictis,
 decreta

dēcreta illa tanquam extra casus præmemoratos
 224 promulgata nullo iure suffulta iudicari debere. Neque vrget si aliquis fortē instaret dicens, Cōciliū Cōstantiense legitimū fuisse, atq; ideo omnia illius gesta venerari oportere. Nos enim legitimū fuisse conciliū illud concedimus, & fatemur, sed in illis duntaxat casibus, in quibus instante necessitate ad illud deuoluta erat iurisdicendi potestas:
 225 in aliis secus, & stant ista simul, concilium quoad quædam legitimum esse, & quoad alia quædam non esse, sic Leo vir omni veneratione dignissimus gesta concilii Chalcedonensis approbavit in iis tantum, quę sine sua autoritate non fuerant, prætractata, reliqua verò voluit irrita esse & inania, vt videre ē in eius Epistola lvii. & lix. Quamobrē Gelasius hoc potissimū Leonis exemplo ductus, id quod prædiximus, confirmauit, vt in Tomo eiusdem Gelasii continetur. Quapropter iure affirmamus quicquid fuit extra negotium schismatis, & alia, quę moram non patiebantur, à Cōstantiensi concilio constitutum: id totum nullius fuisse roboris & momenti. Et ratio est in prōptu:
 226 Nam sublata schismatis occasione, & dato indubitato Pontifice, patres illi sine eius autoritate cōuenire non potuissent, vt latē in præcedentibus fuit ostensum. Longē minus igitur ob aliud congregati, potuerunt Pontificiæ potestatis amplitudinem coercere, quod est plus. Idq; argu. l. relegatorum,

torum, §. potest, ff. de interd. l. qui indignus, ff. de senat. & capit. cum illorum, de sentent. excommuni. concilium enim etiam cum papa non potest derogare potestati alterius pape, ut est text. 226 not. in c. innotuit de elect. Et quo rectè intelligatur quonam modo conciliorum differant potestates, sic distinguas necesse est. Aut enim sine Pontifice colliguntur, quod in casibus tantum, qui citra periculum differri nequeunt, fieri conceditur, & tunc ad illos præcisè casus illorum potestas est coarctata, ut proximè dictum est. Aut à Papa convocantur, qui vel ad certa negotia expedienda suam impertitur auctoritatem, & tunc similiter quicquid extra illa fit, irritum est, ut Leo docuit & Gelasius confirmavit. Idque clarè habetur ex traditis per Ioan. de Imol. in c. graue, in fi. de præben. per Abb. in d. quæst. Episcopus, & per Deci. in d. c. Osius. facit text. not. in l. cuicumque, §. non tamen omne. ff. de instit. act. & l. diligenter, ff. mād. vel deniq; plenā eis exhibet potestatem, & eo casu possunt quæcumque negotia diffiniri, arg. l. in remā data. C. mād. Et ita ait Io. de Imol. post alios in d. c. graue, col. vj. vers. circa tertiū de præben. Ad rem igitur redeunt dicimus, quod etiā si tota Episcoporum uniuersitas in Constantiensi Synodo adfuisset, tamen cum eorum omnium potestas esset ad casus instantis necessitatis coarctata, ut iam sæpè diximus, ab eis promulgari sactiones illæ non potuisset, quæ postea legitime

legitimè creati & certi Pontificis auctoritati derogarent, tales autem videntur esse constitutiones quartæ & quintæ sessionis huius concilij, si eo modo, quo ab oppugnantibus Pontificiam maiestatem, intelliguntur.

Sed aliud quoque argumentum afferri contra potest. Nam etiam si cætus Episcoporum omnium, quorum congregatione concilia consistunt, ut statim aperiemus, ampla quorumcumque iudicandorum potestate perfrueretur; id quod iure optimo negatum est. Hoc tamen posito, constitutiones illæ à concilio Constantiensi eo modo decerni non potuissent. Animaduertendum enim est, ut 228 tetigimus, iurisdictionem quæ ad concilium spectat, ad uniuersitatem habentium iura Episcopalia pertinere, c. j. xvij. distinct. c. satis euidenter. xvi. distinct. ubi habetur, illicitum esse eum, qui non est in ordine episcoporum ecclesiasticis intermisceri tractatibus. Abb. in d. quæst. Episcopus, & Rosell. in tract. de conciliis. Idque ab omnibus communiter confirmatur: ut videre est per Doct. maximè Io. de Imol. in c. graue, de præben. Hic legitur apud concilium Chalcedonense episcopos ibi commorantes, cum intellexissent nonnullos Aegyptios, qui non erant episcopi, unā cum Dioscuro Chalcedonensi petiisse, ut concilio interessent, clamasse omnes conciliū episcoporum esse aliosque esse eiiciendos, & ideo Leo Papa concilium Chalcedonense

cedonense cōcilium episcopale appellauit. de cōsuetudine tamen admittūtur etiā Abbates & generales ministri ordinum religiosorum & omnes illi, qui cūm promouentur ad dignitatem iurant venire ad concilium, & ita factum fuisse in concilio Basileiensi, ait Card. de turr. crem. in rubri. qui ad concilia generalia sint vocandi, & traditur in cōmōniali in rub. qui habent vocem deliberatiuam in concilio, ij autem neque ad votum decisiuum admitterētur, nisi auctoritate summi Pontif. accedente, sed habentes iura episcopalia sunt iudices ipso iure & vi consuetudinis hactenus in cōciliis obseruata, tituli autem eorum, qui diuersis in prouinciis huiuscemodi ecclesias possident enarrantur per excellentissimum Alber. de Rose in Rub. ff. de stat. ho. huc accedit, quod singule ecclesiæ tenentur contribuere pro impensis, quæ fiunt ab episcopis euntibus ad concilium, quia publica vtilitati incūbunt, & hoc est eorum onus præcipuum, vt docuit Abb. in consi. vii. col. fin. in ii. volu. Cūm verò ad Synodum illam, si eorum, qui aberant numerus spectetur, minima Episcoporum pars conuenisset, consequens est eam nihil prorsus extra causas in concilii indictione expressas decidere potuisse. Ratio est in promptu, nam soli præsentibus nunquam possunt auctoritatē exercere, quæ ad vniuersitatem spectat, nisi accusata ac planè certa absentium contumaciā, tunc

enim

enim cūm omnes in vrgentibus negotijs moneantur, qui venire negligunt, ipsi se ipsos a ferendis suffragiis excludunt c. cum nobis olim, de elec. & eorum potestas ad solos præsentibus recidit licet numero sint pauciores l. cū nauarchorum, & ibi Bar. C. de nauic. lib. xj. ca. bonæ. & ibi Glo. & Inno. de elect. c. vbi periculum, cum ibi trad. eo. titu. in vi. facit tex. not. in §. si autem sanctissimus de eccles. tit. vbi data negligētia episcopi in pijs causis exequendis, sancitum est, licere cuicumque alij omnibus modis studere, vt causæ pię compleantur, quæ tex. ad hoc citat Bar. in l. nec quicquam. §. si. ff. de off. procon. & leg. faciunt ad hoc tradita per Feli. in cap. cum olim, de testi. Quinimo ob aliorum negligentiam iura totius vniuersitatis ad vnum solum quandoque deuoluuntur, vt est text. not. in l. sicut, ff. quod cuius. vni. no. & in cap. si iure, l. xv. distinct. vt prædiximus. Atque ideo tria in indictione concilij, ne a re proposita digrediamur, exprimi solent, scilicet causa, locus, & tempus, vt ijs omnibus publicè intellectis, contumaces penitus excludantur, & in solis præsentibus legitimū esse concilium intelligatur, ita prædicti sapientes & diuturni mores docuerunt, qui pro lege non immeritò custodiuntur, l. de quibus. ff. de legi.

Cum igitur patres ad concilium Constantiense requisiti fuerint & citati pro sedando schismate, & procuranda inter fideles pace, vt prædictū est,

A a qua

qua autoritate soli præsentés alia in indictione negotia non contenta, præsertim tam ardua, expedire potuissent? Si enim id vi propriæ potestatis egissent, non licuisset, cum illi patres essent numero absentibus inferiores, ad quos non incogniti iuris est, totius vniuersitatis autoritatem iure proprio non pertinere, vt habetur in l. quod maior, ff. ad municip. & per Feli. & alios in c. cū omnes, de constit. & per Ioan. And. in c. cum omnes, de regul. iur. in vi. Si verò vi deuolutę ad eos potestatis ob absentium contumaciam id sibi licere existimassent, & hoc longè minus audere debuerant, cum absentium iura ad solos præsentés non recidunt, nisi eorum contumacia præcedente, vt proximè fuit ostensum. Absentes verò ad tollendum schisma & ad casus, qui moram non patiebantur, citati fuerunt, non autem ad restringendam Romani atque indubitati Præfulis autoritatē: Igitur nulla fuit eorum contumacia, quæ solū à neglecta prouenit citatione l. aut qui aliter, & ibi Bart. ff. quod vi aut clam, citati autem ad ea nō erant, atque ideo à sua potestate in iis, nondum erant exclusi, consequenterq; nec eorum potestas erat ad alios deuoluta.

237. Quare constanter sentio his potissimum duabus rationibus constitutiones illas ita expositas & intellectas non valere, accedit ad hæc, quòd etiam si patres illi plenam habuissent autoritatem, non tamen

tamen potuissent, dico etiam indubitati Pontificis accedente consensu, talia diffinire, quibus Pontificiæ maiestati detraheretur, quæ à Deo est & amplissima est, vt iam indè à principio plenè discussimus.

Et huius solidissimę cōclusionis veritatē apertiore fore arbitramur, si effectus animaduertuntur, qui deinde ab illis sanctionibus hoc modo intellectis prouenerunt. Solent enim causæ ab effectu plerunq; cognosci l. cū de in rem verso, vbi Bart. ff. de vsur. Bal. & alii in l. si certis annis, C. de pac. cum simil. Cæterum quid aliud, quam schismata & magna in ecclesia Dei dissidia pepererūt? Basileienses enim earum autoritate potissimū freti Eugenium I I I I. sua sententiā de sede eiecerūt, electo in eius locum Felice. Tandē tamen nutu Dei, & Eugenio, & Nicolao eius successori vniuersalis adhæsit ecclesia, & meritò. Quàm iniqua enim fuerit illa eiectio & quàm impiè tunc exere rit arrogantia supercilium, hæc ipsa per se res indicare potest. Nā (vt interim omittam pro solo casu veræ hæresis damnari posse Romanū Antistitem, vt vidimus, cuius quidem criminis Eugenius nō accusabatur,) dico Synodum illam pro certis tantū modo negotiis expediendis fuisse collectā, nimirum vt Græcorum & Latinorū antiqua & notissima dissidia tollerentur, vt hæretici damnarentur, atq; vt bellorū discrimina sedari possent,

vt notum erat. Idq; ex gestis illius cōcilij verè per
 242 cipi potest, si rectè capitulum illud cōsideretur, in
 quo illius cōgregationis intentio declaratur. Cū
 igitur multi Episcopi ob causas præmemoratas
 ad illud concilium non accesserint; qui proculdu
 bio ad deponēdum seu confirmandum certū Pō
 tificem accessissent, si ad id citatio vel saltem fa
 ma aliqua præcessisset, quomodo soli illi præsen
 tes eiecto Eugenio, ad quam rem nō erat indictū
 concilium, nec etiā fama vlla præcesserat, iniquis
 simæ temeritatis crimen effugient? Non enim vi
 propriæ potestatis id potuerunt, cū ipsi essent
 numero pauciores, quibus nō licet autoritate pro
 pria totius vniuersitatis iura exercere, vt paulò an
 tè probauimus. Non etiā vi deuolutæ ad eos pote
 statis id potuere, cum absentes ad id requisiti non
 fuissent, atque ideo veluti contumaces à suo iure
 non cecidissent. Non postremò vi mandatę à Pō
 tifice Max. plenæ autoritatis, cū ad certos alios
 tantum casus fuerit coangustata, extra quos eorū
 potestas non egrederetur, vt paulò antè narraui
 mus referentes talem à Leone latam fuisse senten
 243 tiam, & à Gelasio confirmatam. Quare vi nullius
 autoritatis Basileienses illi talem ac tantā senten
 tiam protulerunt. Nil mirum igitur si iste pestife
 ri schismatis euentus ab illis constitutionibus ma
 le intellectis, tanquā fructus ab infecta radice
 proueniens, statim fuit communi fidelium con
 sensu

senfureprobatus. Neque ita multò post, aliud 244
 schisma contra Iulium I. originem traxit, vt vi
 dere est per Dec. in consi. clj. & tamen non mo
 dò Iulius, sed etiam Leo x. eius successor à tota
 Christiana Repub. venerati fuere & coram Leo
 ne Cardinales, qui contra Iulium insurrexerant, 245
 se palàm schismatis reos profitentes, illud piacu
 lum abiurarunt. Ex quibus omnibus luce clarius
 constat, tum validissimis rationibus à nobis ad
 ductis, tum malis euentibus ob hoc subsequitis, tū
 etiam vniuersalis ecclesiæ consensu, prædictas cō
 stitutiones, si contra Pontificiam potestatem in
 telliguntur, minimè ferri potuisse: & in eis con
 dendis Dei spiritum non adfuisse. Huc accedit, 246
 non deesse magni nominis viros, qui testantur,
 quo tempore decreta illa promulgata fuere, vnā
 tantum ex tribus sectis, quæ tres illos, qui se pro
 Pontificibus gerebant, sequebantur, interfuisse,
 cum nondum reliquæ duę conuenissent; affir
 mantque, propterea Franciscum Zabarellā Car
 dinalem, dum in concilio Constantiensi illā con
 stitutionem publicaret, legere noluisse partem il
 lam, quæ est de reformatione capituli & mēbro
 rum, tāquam, quę surreptitia foret, ita Panor. ait
 in quodam suo tract. nondum extusso, in quo de
 clarauit, quid de concilio Basileiensi sentiebat, &
 alii celebres autores id confirmarunt, quod etiā
 ex eo vel maximè comprobatur, quoniam dein
 ceps

ceps quando aliæ quoque sectæ ad Synodum accesserunt, denuò fuit indictum concilium, vt legitur sessione xxxv. ex quo conijci potest, illosmet patres sensisse, cõcilium ante illam indictionem legitimum non fuisse: & ex mente Ioan. de turr. crem. in lib. ii. suæ summæ c. xcix. rursus obicitur, decretum illud non fuisse in ea forma promulgatum, vt generaliter omnem Synodum cõplecteretur, sed eam tantum, quæ ad tollendum illud schisma conuenerat. Atque ideo earum cõstitutionum inualiditas tanto magis esset manifesta. Et ideo Card. Iacobatius in tract. de concilio lib. v. pagina 304. multas rationes adducit, quibus ostendit, bonum esse si dictum decretum nullius fuisse roboris & momenti declararetur. ad quod accedat ea, quæ habentur per Io. de turr. crem. in d. c. xcix. vbi multa notatu digna cõtra illius decreti validitatem inueniuntur: quæ breuitatis gratia præteribo.

247 Nec vrget si quispiã fortè alio exceptionis genere vteretur, obiciens; Martinum v. certum iã & indubitatum Pontificem gesta illius concilii confirmasse: Nam ab illa confirmatione nostra hæc opinio confirmatur, si enim decreta illa omnia (exceptis casibus in quibus ecclesiæ periculũ imminebat) irrita non fuissent ob supremæ defectum autoritatis, Patres illi non affectassent, vt à certo iam Pontifice approbarentur.

248

Qui enim
fanus

fanus est non indiget medico. Matth. 9. & c. ad huc instant, de poenit. dist. iii. Cũ autẽ Martinus eis duntaxat robur addiderit, quæ fidei sunt, vt in confirmatione legitur, illud sequitur, vt alia omnia in sua permãserint infirmitate, argu. l. cũ prætor, ff. de iud. Præterea etiam si Martinus voluisset nullo habito discrimine omnia cõfirmare, id in successorũ præiudicium, qui parẽ habet potestati, facere non potuisset. Ea tamẽ, quæ fidei sunt, excipio, quibus successores etiam astringuntur, in reliquis secus, cũ nemo possit quicquã detrahare amplitudini Põtificiæ potestatis, quæ à Deo est, vt in prima huius operis parte declaratũ est. Et si quis causam exquirat, cur i fidei negotio successores astringantur, i reliquis verò nullũ ipsis præiudiciũ fieri possit, eã esse dixerim, quæ ea quæ fidei sunt, nõ solius Pape, sed Euangelij sunt potissimũ autoritate subnixa. & quãuis Papa, qui est sũmus in ecclesia Dei minister, ea declarandi plenissima potestate fungatur, vt in præcedentibus visum est. Ille tamẽ, qui declarat nihil noui cõstituit l. adeo, §. cũ. quis, ff. de acquir. rer. dom. l. heredes palã, §. j. ff. de testam. Quare huiusmodi constitutiones euãgelicæ potius, quàm Pontificiæ nũcupantur, & ideo non mirum est, si etiam successores, immo etiam ipsimet Pontifices talia declarantes astringuntur, quoniã statuta fidei sunt immutabilia; nã aliter plures fides

249

250

251

concederemus, & vnum respectu eiusdem diffinitionis hæreticum esse posse, alterum non posse, quod illæsa veritate dici non potest, cum tota ecclesia vnam tantum fidem confiteatur, vt notum est. Hæc verò cessant in iis, quæ ad fidem non pertinent, nam cum Pontificis potissimū autoritate nitantur, iniquum est, alios Pontifices, qui eiusdem sunt potestatis, ab eis cogi. Ceterum si quis rursus instaret dicens, hoc ipsum, quod Papa in certis casibus concilio parere teneatur, ad fidem spectare: ac propterea illud sequi, vt cum à Martino fuerit approbatum, etiam successores eius astringantur. Respondeo Martinum illa duntaxat confirmasse, quæ principaliter erant de fide. Qualia erant ea, quæ contra Ioannem Hუსiū declarata fuere, non autem hæc, quæ per quandam consequentiam ad fidem trahuntur. Idq; argū. l. si quis nec causam, cum ibi tradit. ff. si cert. pet. quod quidē ex gestis eiusdem concilii confirmatur. Nam prædictæ cōstitutiones, quæ ad Pontificiam attinent potestatem æditæ fuerunt antequam decreti essent iudices, qui fidei negotiis operā darēt, illud enim iiii. & v. hoc verò in vi. sessione fuit ab illis patribus cōstitutum. Atq; hinc manifestum est, ipsam Synodum sensisse, fidei causam ab illa fuisse seiunctam, argum. l. si idem, C. de codicil. Quid? nō ne hoc ipsum dilucidè habetur in eadem cōstitutione à Constantiensi concilio ædita, & in Basileiensi repetita,

repetita, de qua nunc agimus? in qua declaratum est quæcunq; concilio esse subiectum in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad extirpationem schismatis, & ad reformationē ecclesiæ in capite, &c. Ex iis enim patet negotiū fidei distare à negotio reformationis ecclesiæ in capite & in mēbris, quoniam id copulæ, Et, quæ ibi posita est vis exposcit, quæ propriè inter diuersa poni solet, secundum Glo. approb. i rub. ff. de iur. & fac. ign. & in c. que relam, de simon. faciunt not. in c. in plerisque, de elec. & per Abb. in procem. Gregorii. Et licet aliquando contrarium inueniatur, hoc tamen communiter fit, & ista est propria huius copulæ significatio, à qua discedere non licet, nisi vbi de contraria mente disponētis cōstaret. l. nō aliter, ff. de legat. iiii. & l. si. C. de his, qui ven. etat. impetr. atq; ita patet, ista negotia fuisse tāquam diuersa, & separata, in hoc ipso loco ab illismet conciliis intellecta. Et meherculè dici vlla ratione non potest, negotium, in quo de deponendo Pontifice ob aliam causam, quàm ob veræ heresis crimen ageretur, propriè esse negotium fidei, nisi fortè ad id, secundum quid; & per quandam, vt diximus, consequentiam traheretur. Verba autē de ea re sunt semper interpretanda, quæ non secundum quid, sed purè & simpliciter est talis. l. hoc legatū, ff. de legat. iiii. tradit Soc. in cōs. xlvii. in i. vol. Præterea rectè potest hoc argumentum reflecti, atq; ita cō-

cludi, aut hoc negotiū ad fidem pertinet, aut non: si fidei est, illud sequitur, vt cum ea, quæ ad fidem attinent mutari nequeant, vt paulò antè probatū est. Id neque à Constantiensi concilio statui, neq; à Martino potuerit confirmari, cum potestatem Pontificis Maximi absolutā esse, & nullo limite coarctatam sæpè iam antè illa tempora fuerit & Pontificum sanctionibus, & conciliorum decretis, atque ipsa consuetudine declaratum, vt inter alia concilium Florentinū in diffinienda hac amplitudine potestatis apertissimè affirmauit, dicēs Papam à Christo regendi & gubernādi vniuersalem ecclesiam potestatis plenitudinem accepisse, quemadmodum & in gestis ecumenicorum conciliorum & sacris canonibus cōtinetur. Ex quibus patet, ita testante cōcilio, antea ctas Synodos ecumenicas, & sacros canones hoc multoties & pariformiter statuiffe. Idq; in prima parte huius operis plenissimè cōtinetur. Si verò hoc fidei negotium nō est, vt supra docuimus, atq; hoc idem ipse Cōstantiensis & Basileiēsis cōcilii sanctiones (vt prædiximus) aperuere, quas proximè considerauimus, consequens est, Martini successores, qui pari Imperio perfruūtur, vllō pacto coerceri p̄pterea nō potuisse. l. nam magistratus. ff. de arbit. c. innotuit. de elect. Et ita ex omni parte liquet, quòd quanto magis contra Romanæ sedis itur auctoritatem, tanto magis ea more puri auri fit illustri,

& prædi-

& prædictarum constitutionum inualiditas innotescit.

Verum quia nostri moris non est, contra sanctiones patrū insurgere, nisi vbi nos ipsa veritas, & religionis amor impellit, ideo cogitabam eas rectius posse interpretari, & rem ad concordiam adduci, cum aliàs fuerit (ni fallor) illorum patrum intentio. Quod enim in eis legitur, quencunque etiam dignitate Pōtificia præcellentem, & illius, & cuiuscūq; alterius concilii legitime congregati præceptis parere oportere in ijs, quæ ad reformationem ecclesię in capite & in membris attinent, dicimus verba hæc ad duplicem trahi posse intellectū, vt scilicet, vel distributiue, vel collectiue, accipiātur: Si distributiue, hoc est quòd etiam in reformatione cuiuscunq; membri & ecclesię particularis Pōtifex cōcilio sit subiectus. Hoc modo prorsus Pontificia maiestas destrueretur, si cōcilij cōstitutio ad vnum tantum membrum attinens à Pontifice Maximo tolli non posset. Ita enim & constitutiones innumeræ, & sanctorum traditiones, atque ipsa consuetudo, à quibus omnibus contrarium astruitur, euerterentur. Quin illa quoque Synodus sibimet repugnaret, quæ in damnādis capitulis Ioannis Hufsiij declarauit, Romanā ecclesiam supra quascunque alias potestatem habere: atque hoc pacto se ipsam statim oppugneret contra l. nā ad ea. ff. de cond. & demonst. Præ-

tereâ ista cōcilij potestas supra Pontificē post tot
 sæcula ita repente gigni nō potuit, sed opus erat,
 eam iam inde ab initio nascentis ecclesiæ semper
 fuisse, atq; eo demum tempore declaratam, quod
 quantum distet à verisimili nemo ambigit: cum
 tot antea cōcilia, tot veterum decreta, tot illu-
 strum virorum documēta, atq; ipse deniq; vsus
 261 contrarium semper cōstantissimè declararint, ac
 nefas sit credere, veritatem hanc, quæ suaptè natu-
 ra dilitescere diu non potest, in concilio tantum
 Constantiensi post mille & quadingētos annos
 262 & amplius fuisse detectam. Hæc enim, quæ à veri-
 similitudine adeò deflectunt, tãquam falsa reiici
 debent teste Aristo. i. Ethic. & Bal. in l. i. C. de ser-
 fug. facit l. non est verisimile, ff. quod met. cau. cū
 263 simil. Quare concluditur, illa verba de capite &
 mēbris distributiue exponi vlllo pacto nō posse,
 quoniam iste intellectus meritò posset à sapiente
 redargui, atq; ideo est reiiciendus, l. Saluius Arist.
 ff. de legat. præstan. Si verò ea, vt necesse est, col-
 lectiue explicētur; hoc est, vt in reformatione ca-
 pitis & membrorum simul, concilio Pontifex pa-
 rere teneatur (vt etiam verba eius constitutionis
 indicant, quæ hoc sermone vtitur, Generalem re-
 formationē ecclesię Dei in capite & in mēbris.)
 Tunc ab aliorum non videretur discrepare sentē-
 tia, qui iam pridem ante concilium Cōstantiense
 264 affirmarunt, ea, quæ ad vniuersalem ecclesiæ sta-
 tum

tum pertinent, absolutè & simpliciter à summo
 Pontifice abrogari non posse, quoniã hoc pacto
 status ecclesiæ decoloraretur, secundum Glof. in
 c. proposuit, de concess. præbē. Glo. in §. nisi rigor,
 j. q. vii. Inn. in c. inquisitioni, de sent. excommun.
 Archid. in ca. sunt quidam, xxv. q. j. Cardi. Zab. in
 confi. cxlvii. & in confi. cl. in fi. Abb. in c. signifi-
 casti, de elec. & in q. Episcopus, & multi alii hoc
 idem senserunt, quamuis ego cum eis non ita fa-
 cilè sentiam. Verum esto, negari non potest, quin
 decretum, quod vnà & membrorum & capitis re-
 formationem cōplectitur, ad vniuersalem eccle-
 siæ statum pertineat, atq; ita constitutio illa nihil
 noui penitus contra Pontificem attulisset, vt præ-
 dicant ij, qui perspicuam hanc veritatem audent
 oppugnare. Præterea memoratu dignum esse cē-
 seo, verba illa, Ad reformationem ecclesiæ in ca-
 pite & in membris, referri oportere tatummodo
 ad casus ratione hæresis aut schismatis contingē-
 tes, cum tunc desit verus Pontifex, cuius præcipuū
 munus est, ecclesiam reformare: atq; ideo quod
 ibi de capite dicitur, intelligendum est, de capite
 dubio & incerto: non autem de indubitato & ve-
 ro. Vbicunque enim in oratione qualitas aliqua
 specialis exprimitur, ac deinde sermo subsequi-
 tur generalis, aiunt iuris interpretes, generalita-
 tem hanc à qualitate sermonis præcedentis debe-
 re restringi, l. fi. §. cui dulcia, ff. de trit. vin. leg. Bar.
 in l.

in l. sed & si quis, §. fuit quæsitum. ff. si quis cau. & vt latius paulò post declarabitur. Hoc autè ratio ne valida confirmatur: cùm enim hîc de restringenda veri ac certi Pontificis ditione tractetur, quæ à Deo est, & nullo limite coarctata, (vt iam sæpè diximus) sequitur materiam hanc restringibilem esse, & strictè, quâ tum fieri potest, ex iurif-
 267 consultorum sententia interpretandam. Quapropter cum ista verba ad dubium & incertum Pontificem referri possint, non debent vllò pacto ad certum & iudubitatum extendi l. cum quidã, ff. de lib. & post. c. odia, de reg. iur. in vi. Abb. in c. se
 268 des, de rescrip. Faciunt ad rem hanc trad. per Cõpost. & alios in c. causã quæ, de refer. vbi not. aiût, beneficiũ alicui collatũ à Papa nõ obstat collatione alteri facta, itelligẽdũ esse de collatione inuualida, nõ aut de valida: Hoc idem sequitur Alex. in cõf. cxxv. viso titulo, col. ii in. ii. vol. & in conf. xxxv. viso processu, col. iiii. in iiii. vol. Ias. in l. fin. col. v. ff. de const. princip. Dec. in c. i. de rescrip. & Crauet. in cõf. xciii. Dico amplius, verba ista omnino verum Pontificem complecti non potuisse
 269 Quoniam sermo quantumcunque generalis nõquam ad ea porrigitur, de quibus in specie disponere non posset. c. tuq, de decim. & ibi Hostiẽ. & Ant. tradiderunt Alexand. in conf. cxlj. in iiii. vol. vbi ex hoc limitat Glo. singu. in l. promittendo, ff. de iur. dot. quæ optimè rei propositæ applican-
 tur

tur. Sed in specie illa constitutio certi Pontificis potestatem imminuere, ac ei penas iniungere nõ potuisset, vt latè in præcedentibus fuit ostensum, sequitur ergo, vt iste casus certi Pontificis in verbis illis generalibus minimè compræhendatur. Nam verba etiam improprie accipiuntur, ne actus
 270 ad irritum deducatur, l. sed & si possessori, §. j. ff. famil. hercisc. tradit Alex. in consi. ccxlviii. in vi. vol. & Bald. Nouel. in tracta. de dote in xliii. priuilegio vbi citat tex. Glo. & Doct. in l. quæsitum, §. si feruus, ff. de legat. i. Neque deterrebatur si fortè huic opinioni obiiceretur, constitutionem illã de vero quoque Pontifice sensisse in illis verbis, etiam si dignitatis Papalis existat. Quoniam ver-
 271 ba sunt secundum materiam subiectam intelligenda. Cum autem & tempore illius constitutionis nullus certus Pontifex haberetur, ac etiam cum illa constitutio in futurum de schismate & fidei negotio pertractet, debent illa verba ita explicari, vt de existentibus in quasi possessione Pontificatus senserint, qui pro legitimis ac veris posses-
 272 soribus haberi solent, donec contrarium ostẽdatur. §. commodum, Instit. de interd. Ang. in l. qui interrogatus, ff. de pet. hered. ista enim proculdubio fuit illorum patrum sententia, qui hæc omnia potissimum egerunt, vt illos de Pontificatu certantes è sedibus occupatis eiicerent, vt latius infra aperietur.

Verum

Verum etiam si cōstitutionem illam de verò ac certo Pōtifice sensisse cōcederemus, propterea tamen Pontificiam potestatem imminutam esse haud concedimus: per quam diligenter enim (obsecro) illius verba considerentur, quæ de reformanda ecclesia in capite & in membris disponunt: quoniam de reformatione duntaxat ad mores pertinēte ea arbitror esse intelligēda. Id quod nihil nobis obesse poterit, vt statim probabitur.

273 Hoc autē à sufficienti partium numeratione probamus, quod argumentum in iure validum est l. ex maleficiis, §. heres, ff. de actio. & obli. l. patre furioso, ff. de his. qui sunt sui vel alie. iur. habetur in c. per tuas, de sentē. excōm. & in c. si vir, de cog.

274 spir. In primis autem sciendum est, quòd reformare nihil aliud est, quàm rem aliquam in nouam formā traducere, vt ait Glo. in l. vectigalia, ff. de public. Aut igitur volumus ecclesiā reformari, & ita in nouam & insolitam formam trāsferri, quo ad caput & membra, hoc est dignitatem & eorū simul omnia priuilegia commutādo, & hoc fieri nō posse deciditur in c. priuilegia, primo & ii. xxv. quæst. ij. hoc enim pacto status vniuersalis ecclesię decoloraretur, si ea quæ hactenus ab Apostolis & eorum successoribus nobis tradita sunt, destruerentur, quod fieri non licet c. quæ ad perpetuam, & c. sunt quidam, xxv. quæst. j. c. & si illa, j. quæst. vii. Aut volumus prædicta applicare ad reformatio-

nem

nem ecclesiæ in capite simul & in membris, hoc est prælatos omnes & simul ipsum Pōtificem de sedibus eiiciendo, & hoc longe minus fieri posse cōcedimus, ratione & iuribus præmemoratis, ita enim totum ecclesiæ Dei ædificiū radicitus euelleretur, id quod vsq; adeò absonum & irrationabile est, vt vix cogitari possit nedū statui. Aut volumus vi prædictorum verborum solum caput, hoc est, ipsum Romanum Pōtificē (loquor enim de indubitato, nō autē de hæretico, schismatico, vel intruso) accusari ac deponi posse pro obiectis ei criminibus, & hoc similiter fieri non potest, cū paulò ante docuerimus, verba illa de capite & membris, distributivæ, ac seiunctim explicari non posse, sed collectivæ tantum, vt etiam vis illius copule, Et, exposcit, quæ æque principaliter copulata coniungit secundum Bar. in l. Seig, §. Caio, ff. de fund. instr. & Abb. in c. cū Marthę, de celebr. miss. Quid igitur est reliquum? nisi vt necessariò fateamur, verba illa de reformatione morū esse intelligenda, & de iis, quæ ad bene beateq; viuendum, & ad communem fidelium vtilitatem attinēt? quo casu concedimus, Pontificem ea debere tanto diligentius custodire, quanto ipse in dignitate omnibus alijs antecellit, cū maiora faciat vitia peccatorum sublimitas peccantium ca. nulli fas. xxv. q. j. & l. omne delictum. ff. de re milit. Ad officium enim summi pastoris potissimum spe-

Cc Stat

378 Etat, omne, quod irreprehensibile est, sua summa potestate defendere c. omne, xxv. quæst. j. cum potestas ei data fuerit in ædificationem & non in destructionem, vt ait Apostolus, cuius contrarium ageretur, si huiusmodi statuta conciliorum à Põtifice pro libito voluntatis euertentur c. si ea, xxv. quæst. ij. Sed hîc animaduertédû puto, quòd nihil propterea Põtificiæ detrahatur potestati, idq; duplici ratione ostenditur. Quarum prima est, quoniam certus Pontifex eis non obediens propterea tamen puniri nõ posset, nisi forte declinaret à fide, vel esset intrusus, vt iam sæpè dictû est, sed ei tantûm à concilio resisti posset, ne ecclesiã Dei cõfundat, vt vtar verbis Panor. qui hanc partem probauit in quæst. incip. Episcopus, citat Inn. in c. quanto. de cõsuet. Ita enim & Paulus restitit in faciẽ Petri ad Gal. 2. & in c. Paulus, ii. quæst. vij. Neque vrget si forte diceretur sanctionem illam contrarium sensisse, cum pœnas non parentibus iniungat, etiam si talis Pontificia potestate fungatur, quia hoc iam iam cõfutabitur argumentum.

279 Altera ratio est, quòd illæ constitutiones loquuntur de concilio legitime congregato super premis, legitime verò cõgregatum concilium dici nõ potest, nisi quando certus & indubitatus Põtifex suam ei præbet autoritatem, vel eo deficiente negotium ita vrgeat, vt futuro Pontifici nequeat re seruari, quo casu propter instantem necessitatem

eius

eius potestas ad concilium recidit, cuius autoritatis vi, cum ibi omnia constituantur, & in concilio tanquam caput in membris, & anima in corpore vigeat, consequens est, in his casibus dici non posse, concilii potestatem Pontificia potiore esse. Nisi forte etiam dicere velimus, hominem esse anima nobiliorem, cum constet hominem sine anima esse non posse, eamq; totius hominis partem esse præstantiorem: quæ quidem partis ad totum comparatio etiam Philosophis videtur illepida. Cum enim ex connexionione, quæ est inter Põtificem seu pontificiam potestatem, vt patres in Synodo existentes corpus concilii, atq; ita quoddam totum constituatur consequens est, vt totum, non sit aliud à parte secundum Glos. not. in c. nullus inuitis, lxi. distinct. tanta etenim connexionitatis est vis & potentia, vt plura pro vno & eodem habeantur, & iure non dispari iudicentur. l. vulgaris, ff. de fur. C. vulgaris, de poenit. distin. i. proinde continentia ædificij censentur ædificiû cum eo, cui cohærent. l. ii. & l. ædificia, ff. de verb. signi. c. si ciuitas, de sent. excommu. in vi. Faciunt ad rem, quæ habentur in l. voluntas, C. de fideicom. in c. i. de consecr. eccle. vel alt. & in cap. si quis contumax, xvii. q. iii. Ex quibus omnibus liquere arbitror quàm improprie disputetur quenã sit maior Pontificis vel concilij potestas cum Synodus sine Pontificia potestate consistere non

Cc 2 possit.

possit.

282

Nunc superest, vt obiectionē illam diluamus, quam nuper de pœnis in illa constitutione contentis tetigimus. Respondeo enim debere per quam diligenter animaduerti, tria esse negotia illa, quę in ipsa constitutione memorantur, scilicet negotium fidei, negotium schismatis, & negotium reformationis ecclesię in capite & in mēbris. Propterea cū ibi statuatur, quemlibet cuiuscunq; dignitatis, etiam si Papalis existat, parere debere concilio super pręmissis legitimē congregato, & contrafacientes esse pœna condigna plectendos: Dico id rectē fuisse sancitum, si tamen eius intellectui hoc moderamen ita iure cogente adhibeatur, scilicet, vt singula singulis congruē referantur, hoc est, si de inobedientia inferiorū constabit, ipsi in quocunq; casu & nullo habito discrimine puniātur, cū id ratio subiectionis exposcat. Si verò de Pōtifice Maximo ageretur, tunc id sanē intelligendum censeo, vt puniatur in casibus ibi pręmemoratis, in quibus id iure fieri liceat, hoc est, si fortē in primo illorū casu, qui ad fidem spectāt, Pōtifex aberraret, puniri debet, c. si Papa, xl. disti. Idem si in secundo casu ibi pręmissis duo de Pontificatu certantes peccarēt, quia eiectionis pœna posset iniūgi. c. si duo, lxxix. dist. Idem ait Bal. in c. olim, in fi. de rescrip. & Felii. in c. ii. de prescrip. Et hęc fuit potissima causa

illius

illius congregandi cōcilii propter schisma, quòd illis temporibus vigeat cum maximo fidelium detrimento, vt paulò post aperietur. Similiter Papa puniri posset, si in tertio & vltimo casuum ibi compręhensorum à iure deflecteret, si fortē circa reformationem capitis & membrorum aliquid à concilio decerneretur, vtputa, si Pontifex pecunia electus, & intrusus, omnesq; in eum pertinaci voluntate consentientes pœnis debitis subijcerentur. Nam tunc etiam ipse Antistes de sede eiici posset. c. si quis pecunia, lxxix. dist. & hoc scēlus in hac Synodo Constantiensi obiectum fuisse Ioanni 23: testatur Fulg. qui illi cōcilio interfuit, vt etiā retulit Ias. in l. Barbarius, ff. de off. prætor. vbi de Papa hoc modo electo aliter videtur ipse sentire, & non benè. Nam quemadmodum Papa canonicè electus (teste Bal.) est quasi Deus in terris: ita contra ius ipsum ad supremam hęc dignitatem euectus, quodammodo Dæmō aliquis esse censetur. Hęc Bal. quem retulit Felin. in cap. ego N. col. ii. de iureiur. Atque illa opinio ex iis etiam refellitur, quę latè in libro de Cardinalatu à nobis ædito disseruimus in illa quæstione, Quales in Pontificis electione esse debeant Cardinales. In aliis ergo casibus, præter pręmemoratos Pontifex non obligabitur, nisi vt ei à concilio resisti queat, vt proximè fuit ostensum. Nec repręhensibile est existimādum, si eadem verba in illa

constitu-

constitutione, vno contextu prolata, varios, à di-
 uersitate rationis recipiāt intellectus. Id enim iu-
 re optimo fieri posse legillatores sepissimè tradi-
 derūt, vt videre est in l. manumissiones, ff. de iust.
 & iure. & in l. nā hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.
 288 verba enim quantumeunque generalia restringi
 solent, ne absurdam expositionem admittere co-
 gantur. l. siue hæreditaria, ff. de negot. gest. l. nā ab-
 surdum, ff. de bon. liber. iunctis alijs, quę plene ha-
 bentur per Decium in cap. cū inter, de except. &
 per Abb. in consil. xlvij. in ij. vol. Hinc etiam con-
 trarium illud reiicitur, quod forte obijci posset,
 289 scilicet, verbū illud, Parere teneatur, quod in illa
 constitutione positum est, & quandam subiectio-
 nem videtur significare, tam ad Pontificē quàm
 ad alios esse pariformiter referēdū, iuribus vulg.
 Nam illud quoad ipsum Pontificem (extra casus
 per nos paulò ante enucleatos) accipietur impro-
 prie: & quoad alios proprie, id quod, vbi hoc ra-
 tio postulat, fieri solet, vt docuit text. & Glo. in l.
 ii. ff. de offic. procons. & text. not. in c. ab excōmu-
 nicato, & ibi Zabara. de rescrip. & in c. cū dilectus,
 vbi Abb. de consuet. cū multis alijs, quę per And.
 Sicul. adducuntur in cōf. xxxiiii. & in consil. xliii. in
 ii. vol. Ad prædicta omnia accedat, si hoc modo
 illa Constantiensis cōstitutio explicetur, nec iuri
 communi, nec veterum conciliorum decretis, ne
 que consuetudini diuturnis moribus confirmatæ
 derogatum

derogatum iri, quibus omnibus aliter exposita re-
 pugnat. Nouimus autē interpretationē illam, 290
 quæ iuri conformis reperitur, tanquam maiori fa-
 uore digniorem, semper esse cæteris præferendam
 vt habetur in d. cap. cum dilectus, cū Glof. not. de
 consuet. & in c. statutū, iuncta Glof. de præben. in
 vj. Alexand. in cōf. lxxxiii. in ii. vol. & Feli. in c. cū
 accessissent. de cōstitut. Alia quoque ratio afferri 291
 potest: nam si quod negatum est, nec concedi po-
 test, illa constitutione Pontificia potestas restrin-
 gi etiam potuisset, non tamen ex ea ita posita cō-
 iici ea res deberet, cum enim ibi in constitutio-
 ne illa tres casus proponantur, super quibus sta-
 tuere intendebat, fidei, schismatis, & reformatio-
 nis ecclesię in capite & in membris: dicimus, cum
 in primo casu ad fidem pertinente secundum ius
 commune cōstituerit d. c. si Papa. & similiter etiā
 in secūdo casu. scilicet schismatis, à iure cōmuni
 nō declinauerit d. c. si duo. Ita pari ratione cōstitu-
 tionē illam etiam in tertio casu de reformatione
 capitis & membrorū ibi copulatiuè annexo nihil
 noui penitus attulisse, sed secundum ius antea vsi-
 tatum disposuisse, vt in præcedentibus declaratū 292
 est, quoniam à maioribus nostris accepimus, vt
 prædictum est, vnam partem ex pluribus copula-
 tis debere à qualitate aliarum, quæ ei coniunctæ
 sunt, restringi ac declarari, vt ait Rom. in consil.
 ccxxx. incip. præmissorū Alex. in d. consil. ccxlviii.
 in

in vi. volu. Soc. in conf. xiii. in iii. vol. & Mar. Soc. Junio. in cōsil. cxii. in i. vol. Facit text. not. in l. fin. §. cui dulcia. ff. de trit. vi. leg. & ideo sic rectè colligitur, ibi in i. & ii. casu decretum illud à sacris & antiquis constitutionibus circa Pontificiam potestatem nō discrepauit, igitur & hoc idem in iij. casu est coniciendum: vt hac ratione similem casum deciderit Soc. in cōsil. cclxvj. col. x. in ij. volum.

293 Non prætermitto, interpretationem illam esse se per accipiendam, qua contrariæ opiniones ad cōcordiam adducuntur, vt docuit Alexād. in conf. l. in vii. volū. & Soc. in consil. lxxvi. & in consil. cxii. in primo volum. Cum autem nostræ huius foedere distinctionis ita fiat, quoniā & illarum constitutionum inanitas, & absurdi intellectus reijciuntur, iure dici potest, eam non debere à sapiente redargui. Et profectò si illę sanctiones introspiciuntur, facile intelligitur, eas potius declarare, quam noui aliquid statuere voluisse, scopus enim & principalis illorum patrum erat intentio super tollendo illo schismate constituta. & propterea totis viribus elaborarunt, vt cunctis fidelibus innotesceret, ibi legitimum esse concilium, cui etiā Pontificia maiestate pollentes parere cogerentur, quopossent certantes de Pontificatu de sedibus eijcere, & optatam vnitatem fidelibus tādē restituere, prout annuente Deo factū fuisse nouimus, & ideo statutum illud non modò fuit in quarta sessione

sione promulgatum, sed etiam in quinta repetitum. Non igitur sanctiones illę sunt præter conditionum mentem contra certum & indubitatum Pontificem afferendæ, argumento l. non omnis, cum ibi trad. ff. si cert. pet. Mens enim disponētis est in quibuscunque dispositionibus potissimum attendenda, vt latè habetur per Soc. in cōsilio lviii. in j. vol. & per alios alibi sæpè. Et ista cōclusio (ni fallor) Florentini cōciliū auctoritate probatur: cum enim ibi sit diffinitum, toto illorum Græcorum & Latinorum Antistitum annuente consensu, Romanum Præfulem in Petro regendi & gubernandi vniuersalem ecclesiam potestatis amplitudinem accepisse, quemadmodum etiā in gestis ecumenicorum conciliorum & sacris canonibus continetur, duo hīc puto esse animaduertenda: Primum est quod illa Synodus antea cōcilia indefinitè commemorans intellexit, ea omnia huius potestatis amplitudini consensisse. l. si pluribus. ff. de leg. ij. cum simil. in quibus sermonem indefinitum vniuersali æquipollere traditum est: atque ideo hoc etiam de Constantiensi concilio, quod est ipso Florentino vetustius, intellexit: qui enim omne dicit nihil prorsus excludit. l. Iulianus. ff. de lega. iii. Alterum verò, quod illa Synodus sensit, id est, scilicet in materia Pontificię potestatis à sacris Pontificum decretis nusquam concilia discrepasse. Cum enim

Dd Synodus

Synodus hæc verba proferat: Quemadmodum etiam in gestis æcumenicorum conciliorum & sacris canonibus continetur perinde est, ac si diceret, in re proposita canones & concilia in vnâ eandemque semper conuenisse sententiam: quia
 297 vbiunque plura ab eodem verbo reguntur, iure ea omnia vnâ eandemque interpretationem admittunt l. vnic. §. hoc ita tam variè, C. de cad. tollend. l. nam hoc iure, cum ibi tradit. ff. de vulgar. & pupill. cum vulgat. Verum enim uerò semper canones Pontificiam hanc potestatem amplissimam esse, & nullo limite coarctatam cõstitissimè tradiderunt, vt latè in præcedentibus fuit
 298 ostensum. Quod si vt leges à legibus interpretantur, l. nam & posteriores, ff. de leg. l. vtrum, vbi Ang. ff. de peti. hære. Tradunt Docto. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. ita pariter ac multò magis æquum est, concilia à concilijs, quæ eodè spiritu Dei reguntur, declarari, ex sententia Florentini concilij dicendum est, hoc idem, quod canones, etiam ipsa semper concilia statuisse: eorumq; decreta non esse aliter exponenda. Proinde ne à tanti concilij declaratione dissentiamus, necesse est, vt proximè explicauimus, constitutionem illam Constantiensem ita interpretari, vt Pontificiæ maiestati vlla in parte non reluctetur.

Atque ita nouis istis lucubrationibus, & rationibus (vt putamus) hactenus non auditis, dictarum

rum constitutionum obiectio confutatur, siue eas contendamus irritas esse & inanes, vt primo loco disputatum est, siue potius earum validitatem re probabiliori modo intellecta tueamur.

Quare confutatis omnibus, quæ in contrariū possent afferri, remanet clara cõclusio, certi & indubitati Pontificis summam esse omnium iudicandorum potestatem. Ideoque frustra laborant, qui tatum concilio deferre voluerunt, vt eâ potestatem, cui nulla par in terris esse potest, minuere, & concilio subijcere non erubescant:

in quo quantum à verò aberrarint, ex ijs, quæ non minus diligenter quam verè disputata arbitramur,

percipi potest.

*
* *
*



008

Dicitur

-cu

-ibui

-BIOK

T E R T I A P A R S .



NON AB re neque iniucun-
dū hoc vltimo loco fore
arbitror , si ostendatur
quid iis responderi oporteat,
quæ ferè communiter opponi
solent , quorum primum, id est,
si solus (inquiunt) Pontifex

I ecclesiæ negotia cuiuscunque generis expedire potest, vt asseris, inanis ergo conciliorum congregandorum ratio instituta, & frustra tum ab Apostolis, qui Spiritu sancto ducebantur, tum scutis deinceps temporibus indicta & coacta concilia extiterunt. Huic igitur obiectioni primū sic aptè puto responderi posse, expedire, ac perutile esse, vt quandoque concilia congregentur: tū quia multa ibi tractari sanciriq̄ue consueuerunt, quæ ad benè beateq̄ue viuendum mentes hominum erigunt, eo enim multi docti ac Sancti patres vnde-
decunque

decunque confluunt, qui varia ad honorem Dei proponunt: tum quia, quod plurimorum sententij comprobatum est, sanius esse iudicium existimatur, c. prudentiam, de off. deleg. Nam multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum ecclesiastici 6. & vbi multa consilia ibi salus. prouerb. ij. facilius etenim inuenitur, quod à pluribus quæritur cap. de quibus, xx. distinct. & per ampliores homines veritas reuelatur. l. quæstionem, C. de fideicommiss. tum denique quod quæ vniuersali sunt approbata consensu, ab omnibus passim libentius accipiuntur. Ita colligitur ex tex. Hilarij in cap. quod quis, xxxv. quæst. ix. Vbi edito à Pontifice decreto condemnationis quorundam excessuum. Papa hortatus est Synodum, vt suam etiam ipsa sententiam adhiberet, cui patres omnes proprias subscriptiones adiecerunt: quo decretum illud posset tenacius custodiri. Ex quibus colligitur, Synodi consensum, & subscriptionem requiri, non quod Synodus maiorem ipso Pontifice potestatem habeat, sed quo res facilius recipiatur, & ab omnibus tenacius ac firmiter teneatur. Eiusdem sententiæ fuit Innocent. in d. cap. de quibus, & Ioan. de Imol. in c. graue, col. vi. versic. circa quartum, de præb. vbi post alios ait, patres existentes in concilio, cui Papa præest, nullam habere iurisdictionem, sed magis videri cōsultores cum ipsæ potestatis plenitudine perfruatur. Et ideo

ideo decreta in quibus continetur concilia auctoritatem aliquam summo Pontifici tradidisse, ut in capitu. dudum, iii. quæst. vi. cum similibus sunt intelligenda approbatiuè & declaratiuè, quoniam eius potestas à Deo est, ut latissimè fuit ostensum. Atque his de causis, & Apostolos, & alios deinceps concilia coegisse arbitramur. Sed conciliorum congregationem necessariam esse, eo quod eorum potestas maior Pontificia sit, nullo pacto concedimus. Idem sensit B. Thom. in quæstio. de poten. quæstio. x. art. iiii. quem refert & sequitur Cardina. Alexand. in cap. j. & in cap. sicut, xv. distinct. dicens, concilia & si vtilia sint, non tamen esse necessariò congreganda. Hic autem animaduertendum est, quod hæc ita demum vera esse existimamus, si de necessitate iuris loquimur, cum de iure concilia congregari non esse necesse docuerimus. Si verò de facti necessitate quaeritur, ut statim aperiemus, tunc quo res magis clarè intelligatur, tria capita sunt consideranda, eaque exemplis declaranda. Si igitur quaeritur, an saltem pro confutandis hæreticorum erroribus concilium necessariò congregandum sit. Respondeo, aut huiusmodi opiniones, & nouæ sunt, & nondum reprobatae, & tunc non nisi ad sedem Petri sunt referendæ: text. est expressus in cap. quotiens, xxiii. quæst. i. hoc idem ait Hieronymus in cap. hæc est fides, ead. quæst. Id quod aperte constitutum est in

est in c. maiores, de bap. Eiusdem sententiæ est Gregorius in c. frater noster, xvj. dist. quod ex ijs etiam confirmatur quæ habentur. Deut. 17. Si difficile vel ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui præerit loco, quem elegit Dominus, ipsi enim iudicabunt tibi iudicium veritatis. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio morte morietur. Hæc ibi, quæ quidem verba in figura de Apostolica sede prolata fuerunt, ut traditum est in c. per venerabilem, §. rationibus, qui fil. sint leg. Et hæc opinio latè in præcedentibus confirmata est. Verum si hæretici isti iudicium summi Pontificis respuerent, tunc de ipsis idem fieri oportere arbitrarer, quod de aliis ecclesiæ hostibus iam iam subiiciemus. Aut ergo prædicti errores iam antea damnati fuerunt, & summi Pontificis maiestas contemnitur. Et tunc cum in heresim iam damnatam incidat, dico eos statim hæreticos esse, c. Anastasius, xix. dist. c. Achatius. xxiiii. quæst. j. cū ibi not. Pro erroribus verò iam antea damnatis, concilia amplius cogi non posse, optimo iure ac Diuino spiritu suggerente constitutum est in c. maiores, xxiiii. quæst. i. Quare si talium hæreticorum secta ita potens non est, quin à principibus saltem eradicari possit, eo casu audacter dicimus, & constanter affirmamus, principes nullo pacto excusari posse, quin armata manu ad expellendos

lentos & subijciendos huiusmodi hostes ecclesiæ incorrigibiles teneantur, cum eorum officium potissimum in ecclesia defendenda consistat: aliter à Deo ultore caueant, cui de hoc præsertim (teste Isidoro) rationem sunt reddituri, vt habetur in c. principes, xxij. quæst. v. accedit ad hoc tex. in c. sicut excellentiâ, xxiii. quæst. iiii. alioqui, (vt Aug. ait) verba Psalmi eluderentur. Erudimini Reges qui iudicatis terrâ, seruite Domino in timore: si principes, quæ contra Dei honorem hoc modo audent impii, pro viribus non prohiberent. Hæc ille ad Bonifacium com. quæ relata sunt in c. si ecclesia, xxiii. quæst. iiii. Propterea etiam canonum conditores, qui existimarunt hac in re principes nunquam defuturos, tradiderunt, Põtifices in tanto rerum discrimine, ne huiusmodi erroribus consentire videantur, ad petendum à principibus auxilium obligatos esse. Idq; exemplo Pauli, qui vt legitur Act. 23. audita illorum coniuratione, qui eum antequam manducarent, vel biberent, coniurauerant interficere, ab armatis hominibus petito auxilio periculum euasit. Hæc omnia habentur in c. Maximilianus, & in c. ab Imperatoribus, xxij. quæst. iij. Omni ergo conatu extirpandæ sunt istæ vulpes, quæ vineam Domini deuasit c. quoniam, xxiiii. quæst. i. Nam teste Baldo, cõtra schismaticos & hereticos primo vt edum est verbis, ac euangelicõ præceptõ dicente, Si peccauerit in te

9

10

fratre

frater tuus, &c. De quo habetur in c. nouit, de iudic. Sed postquam persistunt in praua opinione, lapidibus sunt eiiciendi, vt vbi nõ sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium ad tutelam. hæc ille in c. olim, in fin. de rescript. Cauete igitur mundi Principes ne periclitantem ecclesiã hoc potissimum tempore destituatis, ne manus adiutrices impiè abstineatis. Verum iam diu fluctuantem inter æstuantes procellas Petri nauiculam adiuuate: Proh dolor. Vbi nunc sunt ecclesiæ immunitates illesæ? vbi religio non violata? vbi priuilegia clericorum intacta? vbi hodie iudicantes laici manus in clericos non iniiciunt? vbi formidabiles illæ (scædum Dij immortales facinus) censuræ ecclesiæ non contemnuntur? Deniq; qui nam alij sunt, quàm aliqui laici Principes, qui maiorum ecclesiarum sacerdotia cõferant? id quod à diuinis concilij Chalcedonensis traditionibus in Actione iii. & à multis alijs sacris constitutionibus declinauit, quibus pariformiter est sancitum, spiritualia non posse à laicis pertractari. c. Messana, cum ibi not. de elect. ca. si quis à proprio, xxi. q. v. Neq; obiciatur id fieri vi autoritatis, quam ipsi Pontifices concesserunt: Quis enim non intelligit rem hanc, quæ adeò à tramite veritatis declinauit, & Pontificiæ maiestatis dignitatem tan toperè scædauit; mali esse exempli, & propterea esse reciciendam? l. si quis aliquid. §. qui abortio-

11

12

13

nis. ff. de pen. Quid? nō ne etiam his temporibus
 prouinciæ quædam, spreto Pontifice, concilium
 nationale indicere non verentur? Sed caueant
 transgressores ne Deum iniuriarum, quas antea
 memorauimus, ultorem experiātur. Ozias enim
 propterea quod sacerdotum officia sibi vendica-
 re nitebatur, fuit lepra percussus, j. par. xxix. & §.
 item Balaam. ij. q. vij. Balthassarem Regem, qui
 vasis templi in suis conuiujs vti non horruit, gra-
 uibus pœnis fuisse percussum non ignoramus.
 Daniel. 5. & in cap. vestimenta, de consecr. disti.
 j. Helidorus ab Antiocho Rege missus ad ærariū
 templi auferendum, fuit ab equo diuinitus ve-
 niente penè interfectus. ij. Macab. iij. Quæ omnia
 deberent eos, qui sibi, vel arrogant, vel contem-
 nunt ecclesiæ potestatem deterrere. Nicolaus I.
 in epistola ij. ad Michæelē Imperatorem scribēs,
 ac vetera exempla repetens, latissimè docuit: nō
 paucos Principes, quia debitum summo sacerdo-
 ti honorem non exhibuerunt, grauissimas pœnas
 dedisse: contra verò, multos ob susceptam eccle-
 siæ defensionem maxima esse præmia consecu-
 tos. Præterea, si ex præteritis, vt fieri solet, futura
 vel facillè cognoscuntur: quidnam aliud indicant
 hereses quàm euerfionem earum, in quibus vi-
 gent, vrbiū & regnorum? nouimus enim Oriē-
 tem in quo prisca illis temporibus pulcherrimæ
 atque opulentissimæ ciuitates florebant, post per-
 uersum

uersum Arrij dogma, à summa illa felicitate ce-
 cidisse. Græcia vsque adeò potens prouincia,
 & quibuscunq; virtutibus prædita, vt eam mor-
 tales passim admirarentur, posteaquàm à Roma-
 næ sedis obedientia se subtraxit, maiestatem Im-
 perij perdidit, & solum illius antiquæ Græciæ no-
 men vix potuit retinere. Pannoniam celeberrimam
 olim regionem diuitijsq; & fortunæ indulgen-
 tia triumphantem, cuius vires etiam potentis-
 simos Principes deterrebant, post hæresim Ioā-
 nis Hus & Hieronymi à Praga infeliciter cor-
 ruisse, nemo est qui nesciat. Africa, cuius foeli-
 citati multæ prouinciæ inuidebant, & in qua tot
 illustria concilia celebrata fuisse legimus, post la-
 bem Pellagianam diruta est & collapsa. Cæte-
 rum (vt vetera prætermittamus) satis docu-
 menti Germania sit, quæ cum apud omnes in-
 superabilis haberetur, nostris tamen tempori-
 bus, postquàm impia Lutheri dogmata susce-
 pit & fouit, à Carolo Quinto Cæsare Augusto
 diuinitus superatur. Anglia quoque & Gallia
 quot procellas, quos amfractus, & quæ damna
 hodie patiantur ob schismata, quæ in illis prouin-
 cijs, perquam impiè dominantur, iudicent om-
 nes, qui in iudicando solius veritatis viribus in-
 nituntur. Ex quibus omnibus apertissimè con-
 stat hæreticæ prauitatis comitem esse destru-
 tionem vrbiū & regnorum. Eia igitur ca-

16 tholici Principes, si Deum colitis, si vosmet ipsos diligitis, si regnorum vestrorum cupitis incrementa, regios illos animos vestros tandem erigite, & totis viribus ecclesie titubanti succurrite & date hoc vnum ei, à quo omnia accepistis; quid enim vel apud Deum iustius, vel inter mortales illustrius cōtingere vobis potest? quàm si potentie vestrae vires (vt futurum tādē speramus) pro eo exhibeatis, qui vos proprio sanguine redemit, qui vos imperio tot vrbium, tot populorum, tot denique regnorum, tam liberali manu cohonestauit, ac tanquàm Deos in terris constituit. Ita enim fiet, vt omnes illi, qui à recto Christianae religionis tramite declinarunt, tandem velint, nolint, è vinculis errorum suorum, tanquàm è rigida hieme exeuntes ad semper vernantē Romanae sedis obedientiam reuertantur. Quòd si hereticorum potentia (vt tandem eò redeamus, vnde digressi sumus) neque censuris ecclesiae, neque hortatu aut armis principum, sicut optimo iure cōstitutum est, opprimi possit, nisi concilium celebretur, quo vno scilicet validissimo auxilio vltimoq; conatu per secula retroacta semper omnes haereses & quaecunq; dissidia ecclesiae sublata & radicitus euulsa fuisse nemo est, qui nesciat: tunc rectè ne ecclesia diutius in tanto discrimine permaneat, cogi concilium oportere cōcedimus, & firmiter opinamur, idq; per tex. in c. nec licuit,

xvii. dis. ibi, Si peccator in profundū malorū peruenit, & aliqui pertinaces reperiantur, qui doceri nolint, necesse est eos à sede Apostolica aut quocunq; modo ad fidem attrahi, aut ne aliorum perditionis causa sint, secundum canones per potestates opprimi seculares. hæc ibi. Ex quibus colligo, hæreticos altero ex duobus modis prædictis in viā veritatis omnino esse reuocandos. Verum si in proposito casu isti ob sectae potētiam armis debellari non possent (vt par esset,) illud sequitur, vt per aliam viam, qualiscunq; illa sit, cæteris fidelibus aggregari debeāt. Id enim vis illius verbi, necesse est, & illius, quo quomodo (ni fallor) exposcit, vt docuit Glo. in l. quidam, in verbo, quo quomodo. ff. de fideicommiss. lib. hinc sententiae accedit euangelicum illud Matth. 18. & Luc. 15. Quis ex vobis habet centum oves, &c. & mortuus erat frater tuus & reuixit, vnde ait Augustinus. Quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus. Hæc ille in epistola ad Vincentium, vt habetur in capitu. quemadmodum, xxiii. quæst. vii. Ad rem facit capit. ponderet, l. dist. & cap. credite, xlv. distinct. Quod etiam naturali ratione suaderi potest. Nam Christus & pariter eius ministri sunt medici animarum, vt colligitur ex verbis illis Matth. 9. Non opus est benè valentibus medico, &c. Mar. 2. habetur in cap. adhuc instat, de poenit. distinct. iii. & in cap. omnis. §. sacerdos.

- 21 de poenit. & remiss. Sed bonus medicus ac fidelis nunquam egrotantibus deest, donec superest aliqua spes salutis. Quare si pertinaces isti pariter ac potentes hæretici, nō nisi coacto concilio ad fidem essent reuersuri, illud congregari oportere existimarem. Sed hanc necessitatem, facti potius (vt dixi) quam iuris necessitatem putamus: quia nisi eorum iniusta potentia resisteret, ius ipsum exigit, vt modis superius enarratis eradicerentur.
- 22 Hoc verò, quod de facti necessitate diximus, adhuc alia declaratione indiget; nam intelligo concilium eo etiam in casu cogi non posse, vt de fide temerè disputetur: neque vt ea, quæ pro fidei nostræ fundamento iam decisa sunt, in dubium reuocentur, de hoc est tex. cum ibi not. in ca. maiores, xxiiii. quæstio. j. aliter enim non vnam fidem & vnam ecclesiam, sed plures fides incertasque ac plures ecclesias haberemus, quod vtique ab omni iure ac ratione prorsus abhorreret. Verum huiusmodi concilij congregatio propterea vt hæretici doceantur, & corrigantur, non autem, vt fides nostra, quæ certa & stabilis est, ob demerentium falsas opiniones dubia fiat à iure concedi solet. Quamuis reperiatur Bohemis in concilio Basileiensi fuisse concessum, vt in defensionem errorum suorum libere loquerentur, decretique fuerunt quatuor Doctores catholici, qui eis responderent, teste Ioan. de Turr. crem. in iii. lib.

sue

sue summe. cap. 9. vbi subiungit, post longam disceptationem ipso præsentate factam eos, quamuis conuicti essent, ita perfidos vt venerant recessisse. Sic etiam Rosell. in tracta. de conciliis ex relatis per Vincentium historicum ait, Arrium & nonnullos alios hæreticos postquam eorum dogmata damnata fuerant, iterum in concilio auditos fuisse. Quod tamē puto sanè intelligendum, scilicet, præmissa protestatione se determinationes concilii esse humiliter suscepturos. Quamobrem si parati essent doceri & corrigi, atque in omnibus & per omnia (vt equum est) concilij subiacerentur censuræ, nec aliqua capitula concilii libertatem coarctantia porrigerent, eo casu (vt prædiximus) concilium merito congregari debet, vt oves perditæ inueniantur, ac mortui fratres reuiuiscant: si verò parati non essent corrigi, eo quo diximus modo, tunc non solum pro eis Synodus cogenda non esset, sed ij de iure ne in concilium quidem admitti possent, vt docuit verbum illud Psal. Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, legitur quoque in capitu. cum quibus, xxiiij. quæstio. iij. Ecclesiastici moris non est, cum ijs, qui pollutam habent communionem permixtamque cum perfidis, misceri concilium. & ibi paulo post, Nullum nobis fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ. Audi Apосто. I. ad Thessal.

Theſſal. 3. Denunciamus autē vobis fratres in no-
 mine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis
 vos ab omni fratre ambulante inordinate, & nō
 ſecundū traditionem, quam acceperunt à no-
 bis, & I I. ad Corinth. 6. Nolite iugum ducere cū
 infidelibus: quæ enim participatio iuſtitie cum
 iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ
 autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars
 fidelis cum infideli? Rurſus ibi paulò poſt. Exite
 de medio eorum, ſeparemini, & immundum ne
 tetigeritis. Audi & Ioan. c. 2. Si quis venit ad vos
 & hanc doctrinam non affert, nolite eū recipere
 25 in domum, nec aue ei dixeritis: Facit tex. not. in,
 c. ſi quis inquit. i. q. i. Vbi habetur cęleſtē gratiam
 cum hereticis communem eſſe nō poſſe, cum qui-
 bus nec terreſtris cibus, nec ſecularis potus debet
 eſſe communis. Ad hæc accedant multa exempla
 notatu digna, quæ habentur in c. deniq. vii. q. i.
 Quinimo ii tāquam membra putrida reſecari de-
 bent, & tanquam oues morboſæ, non ſunt cæte-
 teris ouibus aggregandæ, ne totum ouile corrup-
 pant, argumento capituli reſecandę. xxiii. quæſt.
 iii. & c. fin. de regul. Intelligo tamen niſi ad eum
 finem, quem ſuprà diximus. Hoc idē ſenſit Gloſ.
 & Archid. in cap. conuenientibus. j. quæſt. vii.
 Expedit igitur, vt quandoque (ſicut prædiximus)
 concilia congregentur, non tamen de iure neces-
 ſarium puto, vtpote, quæ maiorem ipſo Pōtifice
 habeant

habeant autoritatem. Quæ quidem Pontificis 26
 etiam ſuprà ipſum concilium autoritas nutu Dei
 tandem in Florentino concilio fuit adeo perſpi- 27
 cuè diffinita, vt de ea re ampliùs dubitare non li-
 ceat: cuius diffinitionis tametſi antea ſepè memi-
 nimus, eam tamen hoc oportuno loco dilucidius
 explicare contitui, vt ea diligentiffimè ventilata
 & plenè diſcuſſa, tota res plana fiat, & hæc tum
 demum expedita ſit quęſtio. Hęc igitur præciſè
 ſunt illius verba conſtitutionis. Item diffinimus
 ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pō-
 tificem in vniuerſum orbem tenere primatum;
 & ipſum Romanum Pōtificem ſucceſſorem eſſe 27
 ſe B. Petri Apoſtolorum Principis, & verū Chri-
 ſti vicarium, totiuſq; eccleſiæ caput, & omnium
 Chriſtianorum patrem & Doctorem exiſtere.
 Et ipſi in B. Petro paſcendi regendi & gubernan-
 di vniuerſalem eccleſiam à Domino noſtro Ieſu
 Chriſto plenam traditam eſſe poteſtatem. Quæ- 28
 admodum etiam in geſtis ecumenicorum conci-
 liorum, & in ſacris canonibus continetur. Hęc
 ibi, Videtis ne quot & quanta hoc ſacrum con-
 cilium attulerit? & quàm diligenter totis viribus
 elaborarit, vt omnino controuerſiam hanc in- 29
 ter has poteſtates proximis illis temporibus non
 ſine maximo eccleſiæ detrimento exortam, diu-
 que & acerrimè diſputatam præcipuè termina-
 ret. Nullam enim verborum vim, nullam ſen-
 ff tentiarum

28 tentiarum amplitudinem prætermisit, quo perpe-
 tuum tantę disceptationi silentium hac sua Syno-
 dali declaratione tandem imponeretur. Iccirco
 enim Synodus illa Romanū Pontificē nō modò
 verum esse Christi vicarium, & Petri Apostolorū
 principis successorē, omniumq; Christianorū
 patrem & doctorē existere, voluit declarasse: Ve-
 rumetiam vt ecclesię vniuersalis & in vnum col-
 lectę potestatem omnino huic Pontificię subie-
 ctam esse passim ab omnibus intelligeretur, adie-
 cit eundem Romanum Antistitem in vniuersum
 orbem tenere primatum, eum esse totius ecclesię
 caput, eum denique in vniuersalem ecclesiam po-
 testatis amplitudinē accepisse. Quapropter hæc
 (vt ita dixerim) vniuersalitas ibi toties memora-
 ta, & geminatis verbis tā variè explicata, apertissi-
 mē indicat, nihil aliud Synodum illam vel in pri-
 mis egisse, quàm vt quęcunque de hac ipsa eccle-
 się seu concilij ditione quęstionis oriundę occa-
 29 sio amputaretur. Quantum enim roboris & po-
 tentię habere soleat illa verborum geminatio tra-
 ditū est in l. balista, ff. ad Trebell. & latè per Ant.
 Corf. in tract. de verbis geminatis cum alijs vulg.
 30 Quantum etiam orationem adiuet illa copula,
 Et, toties, vt vidimus, repetita, satis est exploratū,
 cum eam in huiuscemodī materia fauorabili sem-
 per esse ampliatiuè accipiendam iure fuerit con-
 stitutum. l. ea tamē adiectio, ff. de leg. iii. l. si stipu-

latus.

latus. ff. de vsur. tradit Bart. in l. cum ita. §. si. ff. de
 leg. ii. Soc. in consi. lxxiii. in iii. vol. & Fel. in c. ii. de
 rescript. Præterea nisi amplissima hæc illius cōsti-
 31 tutionis verba potissimum sensisse de tota eccle-
 sia collectiuè sumpta (vt diximus) fateremur, ea &
 superflua & inania redderentur, quod iure conce-
 di non potest l. si quādo, & ibi Bart. ff. de leg. i. c. si
 Papa. de priuilegijs. in vi. Item contra propriam si-
 32 gnificationem acciperentur: siquidem, ecclesia,
 vox quędam est collectiua, sicut populus, & grex:
 cum non aliud ecclesia (vt visum est) quam fide-
 lium collectio sit, idq; præsertim cum vniuersalis
 ecclesia ita in numero singulari prolata, vt ibi, ad
 vnam tantum sit propriè referenda, quemadmo-
 33 dum contra, pluralis numerus in vno verificari
 nō solet. l. vbi numerus, ff. de testib. Porro notissi-
 34 mi iuris est, à propria verborum significatione di-
 scedere non licere. l. nō aliter, ff. de leg. iii. l. si. C. de
 his, qui ven. ætat. impetr. cum simil. Huc accedit
 quòd si forte illam solēnem cōstitutionem. ver-
 borum violata proprietate, & penitus euerfa illo-
 rum patrum intentione, ad particulares vel homi-
 nes vel ecclesias restringere niteremur, in illud sta-
 tim inconueniens, quod iam antea tactum est,
 præcipientes incideremus, scilicet, supremum hunc
 pastorem oves tantum seiunctas ac separatas, nō
 autem in vnum collectas, atque ita totum ipsum
 gregē pascendi & regendi autoritate potiri, quod

Ff 2 quantum

quantum ab omni prorsus ratione abhorreat, nemo est, qui nesciat. Nouimus autem nusquam legem ita esse interpretandam, ut possit à sapiente reprehēdi, l. Saluius Aristo. ff. de leg. præst. Idq; potissimū cum illa sancta Synodus lucidissimè aperuerit, pastorem hunc, nō modò vniuersalem ecclesiam, & sic totum ipsum gregem pascendi & regendi nactū fuisse potestatem, verū etiā, quò res magis constaret, verbum illud, plenam adiunxerit, ut cuicumq; pateret, amplissimæ huic iurisdictioni nihil omnino deesse, nihil ab ea excipi posse: cum ea plenitudinis soleat esse vis & potestas, ut nulla prorsus egeat adiectione. l. j. ff. de dot. præleg. c. si omnia, vj. quæst. j. traditur per Alber. in dictionario, in verbo, pleno iure, per Firm. in verbo, plenitudo, & nouissimè (ut alios prætermittā) per Mar. Soc. Iun. conf. cxxiiij. Verbum enim, plenum, & verbum, liberum, paria esse existimantur l. fideicommissa, §. quanquam. & ibi Docto. ff. de leg. iij. Bar. in l. alio, ff. de alim. leg. & Fel. in c. auditis. de præscri. Postremò ne amplius vllò vnquam tempore vel à conciliorum decretis, vel à canonum sanctionibus, aut aliundè aduersus Pontificiæ potestatis amplitudinem argumenta colligerentur, atque ita, ut radicibus abscisis pestifera huius contentions arbor tandem auferret, Synodus illa subiecit, & antea cta concilia, & sacros canones in hanc eandem semper coisse sententiā.

Ea

ea enim omnia ita voluit declarare, & verum illorum sensum ita omnibus aperire, ut Synodali hac interpretatione, à qua discedere nefas est, cunctis fidelibus innotesceret, nemini posthac licere ab vlla parte vel diuini vel humani iuris detorque intellectus, qui huic in vniuersalem quoq; ecclesiam potestati Pontificiæ reluctantur. Quis igitur religione illæsa negare audeat, eidem iurisdictioni cōcilia esse subiecta, cui vniuersalē subesse ecclesiam ab ipso concilio diffinitū est? Siquidem constat tantū à tota ecclesia distare cōciliū, quantū vices gerens distat ab eo, cuius vices aguntur, ut videre est in c. à recta. xxiiij. quæst. j. & per Abb. in c. significasti, de elec. & in quæst. incip. Episcopus. & per alios alibi sæpè. Proinde multa, quæ aduersus plenum, de quo egimus, Imperium Romani Pontificis in vniuersum orbem obijciuntur, & quæ prædictorum vi tacitè dissoluuntur, consultò prætermittam, ut est illud: extare scilicet in sexto canone Niceni cōcilij verba de iurisdictione Alexandrini Episcopi in Aegypto & Lybia, sic illi tributa ex illarum regionum antiquo more, sicut parili apud nos more Romano Pontifici, ut habetur in c. mos antiquus, lxxv. distinc. Ex quibus verbis colligi volunt, Episcopum Alexandrinū Romano adæquari. Gregorium item Pontificem Romanū (aiunt) virum sanctum & doctum prohibuisse se vniuersalem Episcopū appellari. c. ec-

ce.

40 ce. ix. distinct. & Clemētem v. in extrauag. quę in
cipit, meruit charissimi filii. sic declarasse de Fran
cię Rege, neque illum, neque illi subditos homi
nes credere teneri se esse subiectos Romano Pon
tifici, & id genus alia colligunt. Verum & hæc,
quę diximus, facile diluuntur: & nobis proposi
tum non est omnibus respondere, qui sic verba
disquirunt, & vadeunque venantur, vt huius
præsertim ætatis homines faciunt cōtentionis cu
pidiores quàm veritatis: qui se vicisse causam opi
nantur, cum vnum aut alterum locum ex sacris
voluminibus protulerunt, quem aliquo modo in
suam sentētiā detorqueere potuerint. Quę verò
plurima & irrefragabilia à nobis afferuntur, nihil
ad se pertinere putant, & horum igitur ineptis ar
gutiis superiore disputatione satis responsum ar
bitramur, & quę nuper retulimus, ne præcipua re
sponsione videantur indigna, promptam habent
solutionem. Nam cum antea ostenderit, in eo
dem concilio Niceno decretum fuisse præter sen
tentiā Romani Pontificis concilia celebrari non
posse, & testimonia Episcoporum Aegyptiorum
protulerimus, & Iulii I. & Fœlicis I I. Pōtificis &
41 Martyris. Quis ex hoc non intelligat Romanum
Præsulem in eo supremum omnium Antistitem
esse iudicatum? ac propterea verba illa de Alexan
drino Episcopo non eo sensu inferenda esse, sed
quoniam ecclesia Romana inter alias Patriarcha
les

les adnumeratur, quatenus hæc Papa priuato iure
tenet, & priuatim est eius Patriarcha, cum Patriar
cha Alexandrino comparari & afferri quędam in
ter eos similitudo potest: quatenus verò Christi
vices gerit in terris, vt probatum est, in omnes ha
bet imperium, vt dilucidè in præmemorata Flo
rentini concilii sanctione cōtinetur: vbi postquā
Pōtificiæ potestatis amplitudo est declarata, sub
iungitur, Alexandrinum Episcopum esse tertium 42
ordine Episcoporum. Quod verò Gregorius fecit,
ad humilitatē pertinet, vt Sixtus, Victor, & Eleu
cherius, qui sunt ipsi quoque adscripti sanctorum
numero, hunc titulum vniuersalis Episcopi non
repudiarunt, quod in his viris non superbiam sed
veritati tribuendum est, sed vtraque virtus & hu 43
militatis & veritatis in ministris Dei plurimum
commendatur. c. cōtra morē, c. distinct. Glo. fin.
in Clement. i. de relig. dom. tradit Alber. in l. cum
ita legatum. ff. de cond. & demōstrat. Quis enim
putet Gregorium sensisse Romanum Antistitem
non esse Papam vniuersalem? cum ipse, vt relatū
est in c. sicut, xv. distinct. concilium Chalcedonē
se tanquam euangelium veneraretur, à quo conci
lio sciebat acclamatum Leoni Patriarchæ ecume
nico, id est vniuersali, cuius ipse Gregorius memi
nit in Epist. ad Mauriciū Imperatorē, ad Eulo
gium Alexan. Ad Anastasium Antiochenū, Epi
scopos, vt omittam quod habetur actione tertia
eius-

44 eiusdem concilij in libellis admisis contra Dio-
 scorum, eundem Leonem vniuersalem Archie-
 piscopum nuncupari. Cur enim hic repetantur
 gesta v. concilij Constantinopolitani & Mariani
 literę ad Agapetum & alia multa quę lōgum ef-
 fet commemorare? Potest etiam aliter responde-
 ri ad d. c. ecce, & dici istam, (vt ita dixerim) vni-
 uersalitatē dupliciter posse considerari, Primo
 in quantum summus Pontifex præest vniuersali
 ecclesię tanquā caput, pastor, & rector. Et tan-
 quā habens iurisdictionem in vniuersos, & hoc
 modo nefas esset dicere Papam vniuersalem ap-
 pellari non debere tum ex iis, quę hic, tum ex il-
 lis, quę in prima parte deduximus, ad quę acce-
 dat c. in nomine Domini xxiii. dist. Secundo hæc
 vox vniuersalis, accipi potest in quātū Papa cui-
 cunque ecclesię singulariter & immediatē præsi-
 deat, tãquā eius specialis gubernator & rector,
 & hoc modo vniuersalis appellari non debet, &
 ita loquitur tex. in d. c. ecce, & in c. nullus, & in c.
 primę sedis, xcix. distinct. vt ait B. Thom. in trac.
 contra impugnantes religionem, & Cardin. S. Si-
 xti in d. cap. nullus, & huic interpretationi defer-
 uunt tradita per Bal. in suo repertorio, in verbo,
 Prælato mortuo, Ista responsio probatur apertē
 per rationem positam in d. c. ecce, ibi, Si enim vni-
 uersalem Papā vestra sanctitas dicit, negat se hoc
 esse, quod me fatetur vniuersum. Nam ista ra-
 tio non

45 tio non concludit nisi hoc vltimo modo vniuers-
 salitas accipiatur, quia primo modo accipiendo
 non repugnat, quòd vnus præesset alicui ecclesię
 particulariter, & alius eidem vniuersaliter sit præ-
 fectus, sicut videmus etiam in bello multos qui-
 dem esse præfectos specialibus cohortibus, & vnū
 esse præfectum omnibus, Quocirca magis ani-
 maduertendum censeo in re proposita, quod Eu-
 logius Patriarcha Alexandrinus ad Gregorium
 scripsit, Quā humilis Gregorii responsio, quia
 minimē credendum est, patriarcham illum in tā
 longinquis partibus commorantem & tantæ se-
 dis præsidem Romano Pontifici hunc vniuers-
 salis titulum tribuisse, nisi id iure fieri debere co-
 gnouisset. Quinimo vsque adeò est vniuersalis,
 vt Papa cum omnibus alijs prælatis in eorum po-
 testate & iurisdictione concurrat, & ideo quod
 multo magis est, aiunt eum in feudum posse con-
 cedere non solum ea, quę ad suum Apostolatum
 pertinent, sed etiam quasunque res, quę aliarum
 omnium sunt ecclesiarum, ita habetur per Doct.
 post Io. Mon. in c. si eo tempore, de elec. in vi. per
 Bal. in c. j. in prin. qui feud. da. poss. per Alb. Brun.
 in consi. j. & ij. & per Soc. in consi. x. col. v. vers. cir-
 ca tertium, inter consi. Alber. Bru. quę sententia
 confirmatur per tex. in cle. j. vt lit. pend. vbi scri-
 ptum est, ad Papam, ecclesiarū, personatum, di-
 gnitatum, aliorumq; beneficiorum plenam & li-

seram dispositionem ex suæ potestatis amplitudine pertinere. Ad verba Clemētis v. in illa extrauaganti, quam diximus, breuissimè respondetur, constitutionē illam decernere nullū Regi aut regno præiudicium fieri, nec regnum nec regni incolas magis Romano Pontifici post eam cōstitutionem subijci, quam antea subijcerentur. cum id solum ageret, vt intelligeretur credendum esse de necessitate salutis, omnes oues Dominici gregis Romano pastori esse subiectas, quemadmodum & in Extrauag. vnam sanctam, fuerat declaratum, ut etiam ait Fel. in. c. cum non liceat, col. pen. de præscript.

47 Ex alijs verò, quæ contra disputationem hanc nostram & theses propositas, quas tuemur communiter afferuntur, illud in primis in ore est, de quo nos dicturos esse polliciti sumus, de canonum scilicet autoritate, quam alij irridere, alij nullum habere pondus in hisce disputationibus solent dicere, ac perinde nos ineptè facere, cum eorum producimus testimonia contra obtrectatores, vel hostes Pontificiæ maiestatis, atq; medicus faceret, qui medicinas nihil profuturas egrotantibus adhiberet. Qui enim Pontificiam maiestatem aut imminutam aut euersam volunt, Qui speras, aiunt, horum testimonio, quæ Pontifices decreuerunt, de sententia dimoueri posse? Nos igitur, qui; quantum in nobis est omnibus satisfactum cupimus,

mus, sermonem nostrum tripartitò diuidemus. Nam cum tribus hominū generibus est ea disputatio instituēda: Vnum genus est eorum, qui nostræ quidem causæ se fauere profitentur, sed hanc nostram disputandi rationem non probant: alterum est eorum, qui quanquam inter nos viuunt, vehementius tamen quam par est, firmitatem ecclesiæ, & nostrorum autoritatem oppugnare consueuerunt. Tertiam sermonis partem dabimus ijs, qui impio mentis scelere inquinati apertas nobiscum inimicitias exercent. Primis igitur ita respondemus, in his tractandis præter decreta Pontificum nos quidem virorum sanctitate vitæ & doctrinæ cuiuscunque præstantia illustrium testimonia prope infinita protulisse, & per multas cōciliorum constitutiones recitauisse, atque euangelicas traditiones non paucas, quibus omnibus vix sic perpetuò seruata cōsuetudinis accedente hæc nostra communiuntur, quæ si reiiciantur ipsa quoque, quò præterea malitia hominum pertinax cōuincatur, nihil prorsus relinquetur. De canonum verò autoritate, quam hîc inanem asserunt, quò fidem illis nullam faciant, contra quos hæc disputantur: sic dicimus, in causis agendis non id in primis spectari, vt fides scilicet aduersario fiat, sed vt iudices, à quibus expectatur victoria, iurium vi coacti in nostram sententiam compellantur. Ita Specu. in tit. de aduocato, idq; docuit experientia

quę est efficax rerum magistra, c. quā sit, de elect. in vj. optima enim & perfecta probatio est, cui iudex credere cogitur, vt habetur per Bar. & Pau. de Cast. in l. admonēdi, ff. de iureiu. & est tex. in l. iiii. §. tu magis scire potes, ff. de testi. Idem traditum est in l. quinquaginta, ff. de probat. & per Soci. in confi. clxxxvij. in j. vol. Hęc igitur habenda ratio non fuit, quā paruum pōdus essent apud aduersarios propter eorum perfidiam habitura quę dicerentur ā nobis, sed quanti essent apud æquissimum iudicem æstimanda: is autem iudex contra ipsos hæreticos & eorum opiniones, si Papę iudicium respuunt, qui verus omnium iudex est & supremus. saltem erit, concilium legitimè, quemadmodum antea diximus, congregatum, cuius sententię si subijci recusent, recusari autem nō potest secundum Abb. & Barb. in c. j. de iud. cum neque sint eo casu in concilio audiendi nec admittēdi, tunc nullum est mihi cum illis negotium qui hostes ecclesię iudicandi sunt, & quasi membra putrida de Christi corpore excidenda, vt paulò antè explicatum est. Si enim neque Pontificem, neq; concilium, ad quod totus cętus episcoporū citari solet, vt iudicem suarum contentionum admitterent; quis esset iudex? nemo certè. Principes enim seculares ecclesiasticis se tractatibus immiscere non posse, supra in secunda parte probauimus: Idq; habetur in c. laicis. xvi. q. vii. & apertè colli-

gitur

gitur ex gestis concilij Chalcedonēsis: cum enim Dioscorus quasi suspectos haberet illos patres petijset, vt sententię de ipso ferendę Senatus Cęsaris pręfesset, ā sanctissima illa Synodo fuit reiectus, vt in Actio. iij. eiusdem concilij continetur: Ad quod accedit memorabile illud Pauli documentum. j. ad Cor. vj. vbi redarguens eos ecclesię Antistites, qui se iudicibus laicis subijciebant, ait. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mūdus, indigni estis & reliqua. Proinde & iuris interpretes tradiderunt, Pontificem etiam ipsum, legem condere non posse, qua clerici laicorum iudicio subijcantur: quoniam & ante Petrum ā tali subiectione erant immunes. Scriptum enim erat, Nolite tangere Christos meos, & de hoc est Glo. sing. in c. si Imperator xcvi. dist. Ideò huiuscemodi ius ā Papa tolli non potest, vt habetur in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. & ita coram Papa per illam Glo. tenuit Card. Zab. in c. perpendimus de sent. excō. hęc habētur per Rom. in sing. ccccxi. incip. sed an potest Papa. Cum itaq; laici in negociis clericorum, & in ijs qui ad religionem pertinent, iudices esse non possint, & ecclesiastici recusentur, & præcipuè totum concilium, cuius sanctionibus resistere, non modò legislatores omnes, verum etiā cuncta antea cęta secula nefas esse semper existimarunt, (hinc enim & pius ille constans Imperator

tor Constantio fratri comminatus est, nisi concilii Sardicenis decreta exequeretur,) hoc pacto erantium opiniones sine aliquo iudice permanerent, siquidem tota Christiana Respublica in hæc tantum duo genera hominum, clericorum scilicet & secularium, est diuisa. C. duo sunt. xii. q. i. id quod ab omni iure & ratione penitus abhorreret. Nec obstat, si quis alio exceptionis genere uteretur dicens, neq; Papam, neq; concilium posse de iis cognoscere, quæ ad ipsum Pontificem, seu ad iura episcoporum pertinent, quoniam esse iudices in causa propria dicerentur. contra l. i. C. ne quis in sua cau. cum concord. Respondeo enim, hæc esse propria Papæ, vel concilii, iure dici non posse; sed totius ecclesiæ. Verum esto, non incogniti iuris est, eos, qui suprema iurisdictione funguntur, in causis etiam propriis ius dicere non prohiberi. l. proxime, & ibi Bar. ff. de his, quæ in test. del. l. & hoc Tiberius. vbi idem Bar. ff. de hæred. instit. Et hoc esse ius speciale ipsius Pontificis, vt causas ad ecclesiam spectantes, cuius ipse est rector & gubernator, iudicare valeat. docuit Oldr. in cõs. cxxiiii. Idq; confirmauit Romanæ vrbs cõsuetudo, quæ secundum leges etiam Cæsareas. facit ius. §. si. Instit. de satisd. quottidie enim videmus, Romanum Antistitem in quibuscunq; causis iudicare, quod quidem & de ipso concilio, in quo Pontificia viget potestas, est vel facile concedendum, idque per

per retroacta tempora fuit inuolabiliter obseruatum. Quod si parere concilio sint parati, tum docere me oportet, quam vim sint habituri canones apud Concilium, in quibus inesse tantum religionis & iustitiæ semper creditum est, vt ab eis in ferendis sententijs non modò fideles omnes moueri debeant, verum etiam vrgeri. cap. si Romanorum, cum seq. & capit. enim uerò, cap. nulli fas, xix. distinct. & xx. distinct. per totam iuncto. c. i. xxi. distinct. Nam quis non videt antea acta concilia summum semper honorè canonum decretis & eorum conditoribus detulisse? Legant in v. Synodo Constantinopolitana actione prima literas Mariani in quibus hæc habentur, quemadmodum Deus misit Petrum magnum Apostolorum Principem ad Simonem condemnandum, ita misit Agapetum Papam ad hæreticos de sedibus eijciendos: & hæc in concilio lecta fuere nemine patrum dissentiente. Rursus in eodem concilio in interlocutione Mennæ Patriarchæ hæc à patribus illis dicta inueniuntur, non mirandum si suas etiã nunc magna sedes Apostolica sequitur sanctiones, vnde & nos sequentes, quæ à sanctissimo Papa in epistola, & reliqua. Ex quibus facile intelligitur Synodum illam Romano Antistiti, & eius decretis plurimum detulisse. Similiter quoq; ex epistola Athanasij & aliorum Episcoporum in Alexandrina Synodo commorantium ad Felicem i. i. hæc habentur,

habentur, Summam vestram petimus sedē iuxta canonum decreta, vt inde auxilium capiamus, vnde de antecessores nostri ordinationes, & dogmata acceperunt. Octaua Synodus doctrinam & sententiam Apostolicę sedis recipiens ita inquit, Quoniam sequentes in omnibus apostolicam sedem, & obseruantes omnia eius statuta, speramus, vt in vna communione, quam sedes Apostolica prædicat, esse mereamur: in qua est vera & integra Christianę religionis soliditas. hæc ibi. In epistola Agatonis Papę, ad Constantinum Imperatorem, quę recepta fuit à sexta Synodo, hæc de sede Apostolica inueniuntur, Eius autoritatē vt puta Apostolorū Principis semper omnis catholica Christi ecclesia & vniuersales Synodi fideliter amplectentes in cunctis secutę sunt, &c. In concilio autem Vormatiensi patres illi dixerūt, se præceptis Apostolicę sedis esse instituēdos, & propterea recitata Gregorij Pontificis Romani sententia, in eā omnes vnanimiter concesserunt, vt legitur in gestis illius concilij in c. de baptisimi sacramento. In iij. cōcilio Toletano statutum est, Romanorū Præsulū factiones esse perquam diligenter custodiēdas. Præterea in Synodo Lateranēsi sub Inno. III. celebrata, c. lxij. nouimus esse sanctitū reliquias sanctorū, quę nouiter inueniuntur, non prius esse venerandas, quam à Romano Pontifice fuerint approbatę. Postremò cōcilium Florentinum in diffiniendo

diffiniendo Papę principatu sacrorum canonū sanctionibus potissimū adhęsit. Ex quibus omnibus liquet, tum vetera illa, tum noua concilia, canonum & Romanorum Antistitum autoritati plurimum semper detulisse. Idq; latius confirmatur ex ijs, quę supra copiosè in j. parte deduximus cū de primatu Romanę sedis ageretur. Ad quę accedant tex. not. in c. nolite, ii. dist. & in c. si Romanorum xix. distin. & ea quę habētur per Aymarum archiepiscopū Remen. in lib. de Synodis c. iij. vbi postquam pro autoritate canonū sumorum Pontificum multa sanctorum patrum testimonia attulit, sic inquit. De autoritate autem ipsorum Pōtificialium decretorum nulla nobis dubitatio relinquitur, cum & ipsa vniuersalia concilia autoritatem exinde perceperint, nec aliunde Synodicam firmitatem obtinere potuerint: hæc ille. & prædicta confirmantur, Quoniā alioqui multi sanctorū virorū libri rejicerentur, propterea q̄ sola Romanorū Pōtificū autoritate nituntur, qui tamē passim ab omnibus venerātur: vt docuit Io. de Tur. cre. in lib. ii. suę summę. ca. cvij. Quare fileāt illi, qui decepti specie boni imprudēter aiūt, sacros canones nō esse magno huic causę adiumento, cū videamus eorum autoritatē, si nō apud impios aduerfantes, saltem apud equos iudices & præsertim apud cōcilia, in summo honoris gradu se per fuisse merito cōstitutā. Mul
H h tō magis

to magis enim mirari deberēt illi pariter & dolere, quod nonnulli ex scriptoribus illis, qui aduersus hæreticos religionem defendendam susceperunt, non modò canones ipsos, qui vel in primis sunt venerādi, verum etiam sanctorum & doctissimorum interpretum documenta, & diuturnos mores ecclesie prætermiserunt, incipiēdoq; à primis ecclesie fundamentis, de hac potestate Pontificis, & negotiis fidei, solis diuinarum scripturarum verbis inhærentes non secus disputarunt, ac si nudius tertius hæ solidissimæ bases catholicæ religionis in lucē prodiissent. Dii boni, quātū hi patres alioqui eruditissimi à tramite veritatis (inea sententia) declinarunt, putātes vno tantum vinculo, tametsi validissimo, eos posse cōstringi, qui fidei Christianæ sinceritati adeò pertinaci impietate reluctātur, vt vix possint omnibus etiam illis vinculis, quæ inter mortales sunt firmissima, coerceri. Cū enim hæc omnia luminum pater nobis præbeat adiumenta, his omnibus est constantissimè innitendum: & toto conatu defendenda est causa veritatis, causa Dei. Nam si ea, vt explorati iuris est, quæ per se singula non profunt simul iuncta prodesse solēt. l. ij. §. j. ff. de exc. tut. traditur plenè in l. admonēdi, ff. de iureiur. in c. cum dilectus, de success. ab intest. & in c. cum causā, de probat. Quanto magis hæc, quæ apud integros iudices etiā disiuncta & singula plenæ sufficiunt probationi, debent

debet simul iuncta indubitata nobis victoriā polliceri? Quantæ enim autoritatis (vt interim canones omittamus) apud omnes esse debeāt illi sancti & doctissimi ecclesiasticorum scriptorum interpretes, & præsertim doctores ecclesie, traditū est in c. i. de reliq. & vener. sanct. de quibus hæc habentur, ij tanquam athletæ Dei, & vera mundi lumina, suis perlucidis & salutaribus documentis ecclesiam illustrarunt, virtutibus decorarunt, & moribus informarunt: per ipsos præterea quasi ardentis lucernas super candelabrum in domo Domini positas, errorum tenebris profugatis, totius corpus ecclesie tanquā sidus irradiat matutinum. Hæc ibi. Huc accedit text. in c. de libellis, xx. dist. vbi cautum est, quod si fortè inusitatum negotiū emerferit, quod nequeat sanctionibus iam antea editis diffiniri, dicta Hieronymi, Augustini, Isidori, & cæterorum similiter sanctorum doctorum magnanimitè esse tenenda. Proinde inter gesta concilii Hispalēsis, cui Isidorus interfuit, hæc scripta inueniuntur, oportet nos & Diuinis libris & sanctorum patrum obedire præceptis hæc habentur in c. In noua. l. 6. q. 7. Hoc idem confirmatur in c. de quibus, ead. dist. Quantum etiam roboris ac firmitatis habeant ea, quæ certam interpretationem semper à consuetudine habuerūt, satis in præcedentibus est ostensum, quibus addo Augustinum hæc protulisse, In rebus, de quibus nihil

certi statuit Diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro legibus debent diligentissime custodiri, hæc ille ad Casulanum. & relatum est in c. in his rebus, xi. distinc. Hieronymus quoque Vigilantium esse hereticum probat, propterea quod venerandas non esse martyrū reliquias contra ecclesie consuetudinem affirmabat. Hinc text. in c. multis, xvii. distinct. huiuscemodi consuetudinem beatam appellare non dubitauit. Huc accedit trita illa Iuriconsultorum sententia in l. minimè: & in l. de quibus. ff. de legi. Quinimo vsque adeo legiflatores autoritati consuetudinis tribuerunt, vt quamuis irrationalis & inualida sit, eius tamè vi etiam ipsos delinquentes à poena excusari debere, & impune absoluedos esse preceperint. Ita Petr. de Anch. in consil. cclxxxiii. Ro. in sing. xix. Alex. in consil. viii. & in consil. ccxxxiii. in vi. vol. Soc. in consil. ccix. in i. vol. Ias. in l. ait pretor. §. iurari. ff. de iurciurand. & in d. l. de quibus. & Dec. in consil. ix. Quare si à legum conditoribus, quorum prudentia vniuersus terrarum orbis regitur, tantum autoritatis consuetudini etiam inualidæ fuit tributum: Quanto magis huic nostræ probatissimæ consuetudini deferendum est? quæ tam Diuino quam humano iure & firmissimis rationum basibus innixa perdurat. Eorum autem omnium, quæ prædiximus, ratio est in promptu, cū enim è duobus alterum fateri necesse sit, vel tot sæculorum viros clarif-

clarissimos atque optimos, vel huius vniuersi sæculi obscuros atque adeo etiam improbos à veritatis via declinasse. vtra ex his duabus verisimilior sit coniectura, cuiuscunq; iudicio relinquatur. Cum itaque præter canones & euangelicas traditiones, ac decreta conciliorum, etiam prædicta causam nostram vel maximè adiuuent, quorum vi si impij, vt diximus, aduersantes cogi non possunt, saltem iusti iudices compelluntur: Cur ea hi nostri athletæ solius euangelij verbis innitentes abiecerint, satis intelligere non possum? Iure igitur isti potius patres damnari hac in re potuissent ab his, qui nostrum hoc disputandi institutum redarguunt, si modo censores isti, de quibus nunc agimus, puro (vt profitentur) animo catholicæ religionis desiderant incrementa.

Sed iam ad alteros sermo noster conuertatur, qui etiam (ò scelestum facinus) hostes ecclesiæ ita semper defendunt, cum his de rebus sermo exoritur, vt dici nihil impudētius possit: quippe qui & contra Pontifices, & contra canones obloqui non erubescant. Quod si ioco faciunt, & sermonis causa, vt moris interdum est hominum, discant tantis de rebus iocari non licere. Sin agunt serio, neque tamen in cæteris consentiant hæreticis, caueant nefensim ex hoc malo principio in impiam hereticorum fraudem penitus delabantur. Præterea per fraternam charitatē eos obsecramus vt videant,

ne dum plus sapere volunt,quàm oportet sapere in spiritum sanctum blasphemari esse deprehendatur. In id enim piaculum eiusmodi homines incidere didicimus in c. violatores, xxv. q. j. Quin eos etiam dignitatibus & honoribus priuari iubet ca non. in cap. nulli, ead. q. eos deniq; vt hæreticos à Christiana cõmunione vir inculpatæ vitæ Gregorius putat arcēdos. c. nulli, xix. dist. Extat super eadem re grauis Hieronymi sententia ad Damasū in c. hæc est fides, xxiii. q. j. Accedit ad hæc text. in epist. liquet, C. de Sum. Trin. & in c. j. xxij. dist.

67 Proinde sanctissimi Damasus & Leo Romani Pontifices, quorum alter secundum vniuersale concilium, alter verò quartū Chalcedonense apostolica autoritate firmavit, omnia (inquiunt) decretalia prædecessorum nostrorū ita ab omnibus episcopis & generaliter à cunctis sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa cõmiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Agato Papa, qui sextā Synodum vniuersalem per legatos suos instituit & institutā sua autoritate firmavit, sic ait, Omnes Apostolicæ sedis sãctiones accipiendæ sunt tanquàm ipsius Petri voce firmatę. Nicolaus Papa i. vniuersalis concilij iudicio sanxit, vt anathema esset quicūq; decreta Romani Pontificis contempisset. Sanctus quoq; Adrianus Papa reges anathematizauit, qui sedis Apostolicæ decreta violare præsumperint, hæc habentur

tur per Aymarum archiepiscopum Remen. in d. lib. de Synodis c. iiii. quas omnes sententias nõ solum magnorū virorū autoritate, sed validis etiã rationibus subnixas, cõsiderare diligēter eos oportet, & si catholici volunt esse, vt, verbo quidem & intra grēmium ecclesiæ vitā ducendo, profitētur, caueant ne talē eiusmodi homines defendendi suscipiāt impudentiā, qui prætextu nouæ sapientię sinceritatem Christianæ religionis corrumpunt vt cæci cæcis ducatū præstantes, in foueā, in quā ipsi ceciderunt, cadere omnes desiderent.

His autem tertia huius nostri sermonis pars debebatur: quod quidem facere instituumus non cõtendendi causa, sed vt fraternè (quantum in nobis est) admoneantur. Non enim ingenij aut doctrine ostentandę cupiditas, sed veritatis studiū, quo semper incensi fuimus, ad hunc laborem nos impulit. Nec vt ipsi se hostes esse ecclesię Romanæ palàm fatentur, sic nos hostilem planè aduersus illos animum gerimus. Atq; vtinam, quo animo hæc à nobis scripta sunt, eo ab illis legerentur. Nā si beneuolis & equis non ab alienatis & perturbatis hæc mentibus accipiātur, veritatis patrocinium à nobis susceptum esse visum iri speramus. Vel igitur dicant qua ratione ducti sacrorum canonū sãctiones contemnant. Nam cum ad faciendā fidē non rationes solę, quas & numero plurimas, & viribus firmas attulimus, sed autoritas etiã testium

stiū multū profit, nō possum satis intelligere cur
 eorū qui canones condiderunt testimoniū respu-
 69 ant. Nam cum eæ demū personę magnū testimo-
 nij pōdus habeāt, quas aut morū sanctitas, aut im-
 perij potentia, aut multarū rerū scientia cōmen-
 dat: quid est horum quod in canonū conditori-
 bus non sit illustre? si scientiā requirūt, multos ex
 ijs, vt eruditissima eorū scripta testantur, profun-
 dissimæ scientię viros fuisse nouimus. Si morum
 ac vitæ sanctitatem desiderant, multi eorū nō so-
 lum iusti, continentes, ac modesti, sed fortissimi
 etiam Christi milites religionis nostrę veritatē,
 non solum subtiliter disptando, sed etiā fortiter
 moriendo defenderunt, & nunc martyrij sui cō-
 stantia nobiles, cœlesti beatitudine perfruuntur.
 Poterit ne autem vel cuiusquam sensus illud ca-
 pere, vel intellectus vix vnquam concipere, eos,
 quos pietas ac religio quædā incōparabilis mar-
 tyrio subiecit, ita fastu atq; inani gloria elatos
 fuisse, vt non modò eā, quæ ad ipsos iure nō per-
 tineret, potestati sibi vēdicarint, sed ea de re san-
 ctiones etiam, quas nulla vnquam ætas delebit,
 impudenter ediderint? Quod si morum sanctita-
 tem & doctrinam, quæ suadere solum possunt,
 contemnit, potestatem quia cogere potest ma-
 70 gis admiramini: quæ potest vel maior esse, vel au-
 gustior potestas, quàm quę Petro & eius successo-
 ribus Iesu Christi Dei ac seruatoris nostri voce de-
 lata

lata est? quæ verò potest amplior esse iurisdic-
 70 tiō, quàm in terris ita vel soluere vel ligare, vt quę hīc
 vel solueris, vel ligaueris, eadem in cœlo quoque
 vel soluta sint, vel ligata? At hæc est summorum
 Pontificum, hoc est eorum, qui canones condi-
 derunt, potestas, quos nemo sanæ mentis unquā
 negauit esse in terris Christi vicarios. Est enim
 Pontifex re vera, vt Bernardus ad Eugenium scri-
 bens testatur, est in quā sacerdos magnus, Episco-
 porum princeps, hæres Apostolorum, primatu
 Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, or-
 dine Melchisedech, dignitate Aaron, autoritate
 Moses, potestate Petrus, vnctione Christus, cui
 claues tradite, cui oues credite sūt. Nā sūt & alii qui-
 dam ianitores cœli, & gregum pastores, sed hic
 tantò gloriosius, quanto differentius vtrunq; præ
 cæteris nomen hæreditauit, habent enim alii asi-
 gnatos greges singuli singulos, sed huic vniuersi
 sunt crediti: nec tantummodo ouium pastor, sed
 & princeps pastorum, ipse vnus omnium pastor,
 successor vnus pastoris Christi, sedes vero illius,
 sedes sancta est, locus illius, quem constituit Do-
 minus domus suę Dominum & omnis possessio
 nis suę principem, hæc ille. Accedit ad hæc epi-
 stola illa Nicolai Papæ ad Phocium Patriarchā
 Constantinopolitanum, quæ fuit in viij. Synodo
 recepta & approbata, in qua quidem epistola vt
 in viij. actione eiusdem concilij cōtinetur ita scri-
 ptum

ptum est, Decretalia autem, quæ à sanctis Pontificibus Romanæ ecclesiæ sunt instituta, cuius auctoritate atq; sanctione omnes Synodi & sancta concilia roborantur & indè stabilitatem sumunt, cur vos nõ habere vel obseruare dicitis, nisi quod vestræ ordinationi contradicunt? & infra, & si ea non habetis de neglectu atq; incuria estis arguendi: si habetis & nõ obseruatis de temeritate estis corripiendi & increpandi, & habetur in c. si decreta, xx. dist. Hunc principem Episcoporum maximi viri ita venerati sunt, vt Hieronymus ille vnus omniũ doctissimus pariter & sanctissimus, fidem apud illum suam professus scriptum relinquere non erubuerit. Hæc est fides mea, Papa Beatissime, in qua si quid erro, cupio abs te emendari, qui Petri sedem tenes: si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, is se nõ catholicum comprobabit, &c. Ecce quàm expressè Hieronymus, eos, qui à Pontificum traditionibus deflectunt, hæreticos esse testatur, idq; ea tantum ratione ductus, quia Petri sedem tenent: Hæc ille ad Damasum, in c. hæc est fides, xxiiii. quæst. i. ac in multis aliis locis, quæ breuitatis gratia relinquuntur, Pontificiam maiestatem vsque ad astra extulit. Papam Ambrosius fidei firmamentum appellare non dubitauit in c. fidelior, l. distinct. eiusdem sententiæ fuit Gregorius in c. nulli, xix. dist. Cyprianus quoq;

quoq; autor probatissimus in hanc eandem opinionem adductus sic ait, qui cathedram Petri deserit se esse in ecclesia non confidat, vt legitur in c. qui cathedram, xciii. distin. ! Quis autem Cyrillo maiorem vnquam honorem Pontificibus detulit? Qui in libro Thesaur. potestatem illorum tam excelsam, tam sublimem, tam denique venerandam esse prædicauit, vt ea in terris non modo quicquam maius reperiri, sed neque huic simile vnquam possit excogitari. Ad hanc demum sententiã Augustinus, inter canonicas scripturas, apostolicæ sedis epistolas referens, ut relatum est in c. in canonicis. i. 9. dist. Ioan. Chrysostomus, Ignatius, ceteriq; celebres illis ac sancti patres vnanimiter acceperunt. concilium verò sub Stephano Papa celebratum humili professione Romanam ecclesiam Dominam suam appellat, vt legitur in c. oportebat, lxxix. distinct. Literas etiam Mariani supra citauimus ad Agapetum actione i. v. concilii Constantinopolitani, quæ maximum Agapeto Papæ honorem deferunt ex patrum illorum consensu. Illud præterea crimen inter cætera, ob quæ Dioscorum à concilio Chalcedonensi damnatum fuisse legimus, grauissimum fuit, quod contra sedem lastrauerat Apostolicam, vt habetur in epistola eiusdem concilii ad Valentinianum & Augustum. Pari quoq; ratione fuit damnatus in concilio Constantiensi articulus ille x. Io. Vuicleff. Decretales epistolæ sunt apocriphæ, & seducunt à fide

73

Christi & stulti sunt clerici, qui studēt eis. Deniq; concilium, in quo aderat Carolus Imperator, eādem ecclesiam honorari iubet, & licet vix ferendum ab ea sede iugum imponatur, pia tamen deuotione ferri præcipit c. in memoriam, xix. disti. Ad quod accedit B. Gregorius dicēs, cōtra morē ecclesiasticum esse, si non patiēter toleratur, etiā (quod à nobis absit) iniusta correctio, hæc ille in c. cōtra morem. c. disti. Itaq; cū tales ac tātī viri canones condiderint, cū tantę dignitatis sit Romana ecclesia, tantę potestatis summus Pōtifex, tātę demum autoritatis sint ac numero plurimi, qui Pontificiam potestatem non modò venerati, sed etiam atque etiam admirati sunt. Vos qui canones contemnendo, simul eos omnes contemnere audetis, vobiscum diu & multum cogitate quinam tandem vos sitis, qui fuerint illi, vitam cum vita vestra, potestatem cū potestate, doctrinam cum doctrina, pietatem cū pietate, omnes denique illorum virtutes cum vestris cōparate: & quod in arcano pectoris conscientia dictarit iudicate. Videte obsecro (vt nunc potestatem ac vitam sanctitatem prætermittamus) quis vestrum Hieronymo doctior sit? qui præter linguarū triū peritiam tam multa sciuit, vt de eo verè dictum omnibus videatur, neminē scisse, quod ipse ignorauit. Quis Augustino in omni scientiarum genere excellentior? Quis Cypriano? Quis Christo

74

mo

mo vel cruditor vel eloquentior? vt interim Gregorium, Ambrosium, Cyrillum, Ignatium, Bonifaciū, Bernardum & alios magni nominis viros omittam, quorum doctrina & falsarum opinionum offendicula sublata sunt, & sana ecclesiæ dogmata ita illustrantur, vt toto terrarum orbe solarins enitescant: quæ nisi vera, valida, & ab ipso Deo profecta essent, nequaquā Christus ipse, qui periclitantibus & ad se confugientibus deesse nō solet perferre potuisset, vt tātus error, tāta fraus in ecclesia sua, tot antea cta secula fefellisset. Ita enim, nisi insanimus, & demētes penitus sumus, conijciendū est, & propè diuino illo Gamalielis vtendum est argumēto, ea scilicet, quæ sine optimi maximi Dei numine suscipiuntur, & sūt, breui tempore deperire & diu firma & stabilia esse non posse. Ita quæ cum hæc ab initio nascentis ecclesiæ in hunc vsq; diem inuiolata permanferint, Dei vltionem reformidate, ne dū conamini ea destruere, quæ ab antiquis patribus Dei spiritu tā solidis fundamentis cōcorditer sunt extructa, ipsi in malorum profundum miserabiliter corruatis: cū didicerimus, Deū ipsum præcepisse, ne quis transferat terminos antiquos, quos patres nostri posuerunt Prouerb. 22. & alibi iſperet, ne quis absumat terminos, quos fixerunt priores in possessione sua. Deut. 27. Quid? etiam si res dubia foret, quam tamen & indubitam & certissimam esse

75

esse

76 esse satis superque probatum est, non ne tamen tutiorem viam eligere oportet? Cui autem dubium esse potest, quin ea tutior sit sententia, qua maiorum sequimur documenta, & parentum vestigijs toto animo inhæremus, vt, docuit Paulus, affirmans se à Deo errorum suorum veniam meruisse, propterea quòd parentum ac maiorum traditiones secutus esset, id quod longè facilius nobis non errantibus & proculdubio vera sequentibus continget. Quodnam enim (quæso) excusationis genus coram iusto iudice Deo afferre poterunt, qui sibi nimium sumentes, & ab antiqua viuendi norma, & ab vsitato & recto tramite declinantes in erroris foueam vtrò ceciderunt? nullum sanè poterit inueniri perfugium: nullus erit veniæ locus. Qui verò bona fide religioni à maioribus traditæ firmiter inhærebunt, & magna animi sinceritate illorum præcepta seruabunt, ij tam etsi aberrarent (id quod non dicere modò sed suspicari est nefas) erunt tamen omni excusatione dignissimi: & eorum denique gressus in viam salutis Dei fauente clementia dirigentur. Huiusce rei testis omni exceptione maior est Paulus, cuius testimonium ad nos erudièdos conscriptum, paulò antè retulimus. Ceterùm, qui vera & simul etiam à senioribus tradita, qualia sunt hæc indubie nostræ fidei documenta, toto pectore amplectuntur: ij proculdubio regnum Dei per quam feliciter

liciter possidebunt. Hi tandem illi sunt, qui benè 77
actę vitæ præmia referentes æternę beatitudinis gloria perfruentur: Quare si tātum sapere vultis quantum oportet, sapientissimi viri Salomonis consilium accipite, qui monet ne quisquam prudentię suæ innitatur, neve apud seipsum sapiēs sit, sed quid prudentiores sentiant subinde consideret, nec ab illis temere dissentiat, qui sedem B. Petri cōtemnit, locum terribilem, & terram sanctam contemnere se meminerit, & audaciæ suæ pœnas reformidet, qui Pontifici resistit, diuinæ ordinationi resistere se intelligat, & subinde memoria repetat, quid huiusmodi hominibus in Deuteronomio Deus comminetur, quasi de sublimi specula clamitans: Qui superbierit & obedi 78
re sacerdotis imperio recusarit, morte moriatur. Proinde si quid aut rationes, aut magnorum virorum autoritates, aut preces apud vos meæ possunt, redite tandem in viam, ac sanctissimè affirmanti credite, scitoteque me non censoria seueritate, quam mihi non vindico, sed fraterna (vt antea dixi) charitate, qua vos prosequor ea monuisse, quæ vera, & famæ ac salutis vestrę vtilia, ac necessaria existimaui.

Verùm vt tandem eò redeamus, vndè nos Christianus amor in periclitantes ac lapsos fratres auocarat, ex ijs, quę disputata sunt, illud in summa colligimus, atque concludimus, nullum profus

prorsus casum reperiri posse, in quo concilium plushabeat potestatis, quam verus & indubitatus Pontifex: in his tamen omnibus, & nos ipsos, & scripta nostra sanctæ Romanæ ecclesiæ, à qua dissentire nefas est, arbitrio ac censuræ submittimus. Neque ecclesiasticæ tantum potestati, sed prudentium ac doctorum omnium iudicio subiacere volumus, à quibus vt laudari honorificum, ita emendari fructuosum semper existimauimus.



F I N I S.

I N D E X O M N I V M

matarum ac contentorum in lib. de potestate Papæ & Concilii,

C O . I O . H I E R O N Y M I A L B A N I

Juriconsulti & Illustris. Do. Venet. Collateralis generalis, feliciter incipit.



<i>BBAS Panormitanus fuit fautor ac defensor concilii Basiliensis 79. n. 170</i>	<i>Alind est iurisdictionem conferre in personam declaratam, aliud est determinare, & declarare personam, quæ ex collatione iam facta, huiusmodi nascitur auctoritate 176 216</i>
<i>Eiusdem responsio ad c. si papa. xl. dist. ibidem.</i>	<i>Alta negotia & potissimum fidei ad pontificem sunt referenda 106 66</i>
<i>Abbas Panor. iudicium de concilio Constantiensi. 189 246</i>	<i>Anglia propter schismata multa damnatur 219 15</i>
<i>abbates & generales ministri ordinum religioforum interesse possunt conciliis 183 229</i>	<i>Anastasius hæresis crimine cur dānat⁹ 85 4</i>
<i>Absolvere non potest, qui condemnare non valet 43 109</i>	<i>Anastasius II. à Deo percussus est, cum vellet Achatium reuocare 69 204</i>
<i>Absurda & abhorrenda auribus sapientium sunt reiicienda 95 37</i>	<i>Animalia unius tantum ducem sequuntur 6 22</i>
<i>Accusationes episcoporum & sacerdotum absque duobus vel tribus idoneis testibus non sunt recipiende 118 100</i>	<i>Antiquis regulis suis constitutum, ut quicquid etiam in longinquis partibus ageretur, non prius ratum haberetur, quam esset papæ auctoritate confirmatum 21 57</i>
<i>Actus confirmationis unius disensu confirmatur 82 212</i>	<i>Apes & grues unius principem sequuntur 6 22</i>
<i>Adrianus papa cum uniuersa synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi Pontificem 175 214</i>	<i>Africa post labem Pelagianam dirupta est & collapsa 219 15</i>
<i>Agens recte à nemine iudicari potest 39 102</i>	<i>Appellans à papa ad concilia crimen hæresis incidit 113 82</i>
<i>Alexandrinus episcopus Romano adæquatur 229 39</i>	<i>Appellari à sententia papæ non potest 110 78</i>
<i>Alexandrinus episcopus similis est Romano patriarchæ, quatenus papa priuato tenet eum locum, non quatenus vices Christi gerit 230 41</i>	<i>Appellari non potest à papa ad conciliū 112 80</i>
<i>Alexandrinus episcopus tertius est in ordine episcoporum 231 42</i>	<i>Appellatio de minori ad maiorem fieri debet 110 77</i>
<i>Alienare & non acquirere imparia iudicantur 58 142</i>	<i>Appellatio à principe male informato. ad principem melius informandum 112 80</i>
<i>alienatione prohibita præbato rerum ecclesiasticarum, non censetur prohibita remissio caducitatis ob canonem non solum ab emphyteuta 57 140</i>	<i>Appellationes totius ecclesiæ ad papam denotantur 110 76</i>
<i>Aliquid non esse, et non apparere paria sunt 4 13</i>	<i>Appellationes episcoporum ad sedem Romanam sunt deferende 166 205</i>
<i>Aliquid non fieri, vel minus legitime fieri paria censentur 5 20</i>	<i>Approbata uniuersali consensu libentius ab omnibus accipiuntur 213 4</i>
	<i>Apostoli alii an eandem dicantur accepisse potestatem, quam Petrus 12 37</i>
	<i>apostoli tanquam ones Christi subiiciuntur pastori 17 53</i>
	<i>apostolorum potestas fuit in Petro, tanquam in capite principaliter collocata 15 47</i>
	<i>& 1648 & 17. n. 4950 & 51</i>

I N D E X.

apostolorum potestas, excepto Petro, non fuit
latissima, sed infra certos limites contra-
eta 17 54
Aquilense concilium an fuerit autoritate
summi pontificis celebratum 172 210
Ardua ecclesie negotia an possint per papa
sine consensu concilii expediri 7 3
Arelatense concilium ii. una cum Eugenio
& Quiraco Sylvestri vices gerentibus ce-
lebratum est 166 205
Argumentum valet a capite naturali ad pa-
pam, qui est caput totius ecclesie 65 160
& 115 88 & 154 176
argumentum a communiter accidentibus va-
lidum est in iure 43 110
argum a consensu optimum est in iure 28.69
argumentum a nomine proprio in iure proce-
dit 14 41
argumentum de prudentia ad potestatem non
valet in iure 135 146
argumentum a similitudine sumptu non procedit,
quod casus inveniuntur a iure expressi 36.97
argumentum a sufficienti partium enumeratione
validum est in iure 102.58 & 200.273
Ariminense concilium nil statuere potuit, quia sum-
mi pontificis autoritas non interuenit 162.196
Arius & nonnulli alii heretici, post eorum
dogmata damnata, iterum in concilio au-
dit fuerunt 222 23
Articuli quartae & quintae sessionis concilii
Constantiensis concernentes papae potesta-
tem ac Canonum autoritatem hoc opere par-
tim nouis inuenitis, partim antiquis argu-
mentis ab Autore consulantur 2 6
Augustini mirabile dictum, de potestate Pe-
tri & successorum 27 67
Augustino in omni scientiarum genere nemo
excellensior 252 74
Autoritas uniuersalis ecclesie in Ro. pont. re-
sident, quando pontifex ex praesulatus sui iu-
dicio sententiam profert 153 174
Auctoris opinio contra cons. Ludo. Ro. dxxiii.
34. 92 & 35 93
auctoris alia consutatio contra Lud. Ro. in eo-
dem loco, ubi concludit papam tum demum
a concilio indicari non posse, cum iustitia
desiderat temperari, et recta agere 38.101
auctoris responsio ad dicta per Abb. Panor. su-
per c. si papa, xl. dist. 69 171
auctoris responsio ad dicta Philippi Decii in
cons. eli. 70 176
auctoris declaratio ad dictum Hieronymi. In-
fatarum sal. c. 71 178
auctoris declaratio ad c. habeo librum. xvi.
dist. c. Anastasius xix. dist. 108 72
auctoris declaratio ad dictum B. Augustini
de primatu pontificis 110 79

BALDI de Valdis testimonium de pa-
pae potestate 63 157
Baldi praedicti consilium, quomodo contra schi-
smaticos & hereticos procedendum sit 216.10
Balatum veniens ad maledicendum populo,
cui Deus benedixerat, ab ipso Deo prohibi-
tus est 69 203
Balhassar rex, qui vasis templi in suis con-
iuris usus fuit, panis grauius fuit percussus
217 13
Basileiense concilium Eugenii iiii. de sede eieci-
electio in locum eius Felice 187 239
Basileiense concilium iniquitas 187. 240. &
241 188 242
Basileiense synodus ideo collecta fuit, ut gra-
uorum & latiorum antiqua dissidia tol-
leret 187 241
Basileienses in Eugenium sententiam sine ali-
qua autoritate tulerunt 188 247
Beneficium alicui collatum a papa, non obsta-
te collatione alteri facta, intelligitur de
collatione inualida 298 268
Bernardi elegantes voces de su. pont. 249.70
Bohemis in concilio Basileiense concessum fuit,
ut in defensione errorum suorum, libere lo-
querentur, qui tamen quauis coacti essent,
ita perfidi ut venerat recesserunt 222 23
Bonus medicus. vide infra in ver. Medicus.
Breue copeditum primae partis huius operis 82.214

CAIPHAE pontificis inquisiti exem-
plum 66 163
Canonum quanta sit autoritas 234 43 & 59
239.55 & 241 58 & 59
Cap. si papa. xl. dist. loquitur de publicis cri-
minibus, & scandalum offerentibus 68.169
Caput ceteris membris praestans est 114.87
caput quo ceteris membris praestans 154 175
Cardinalis unicus potest pontificem eligere,
quando alii sunt negligentes 156 183
Cardinales qui contra Iulium secundum in-
surrexerunt, schisma coram Leone x. eius

I N D E X.

successore abiuurari 189 245
Cathedra Petri, & eius solemnitas 147.165
Causa talis praecessisse praesumitur, qualem
demonstrat effectus 13 40
causa quandoque reddi non potest, eorum quae
maioribus nostris tradita sunt 28 69
causa prohibens potior est in re coe 82.211
causa ab effectu dignosci solet 187 238
causa fidei praesertim quando ardua est, a po-
tissime maximo est iudicanda 106 68
causae omnes ecclesiae praesertim fidei, ad sede
apostolicam sunt referendae 102 59
causae pontificis ipsi uni referuntur, modo ne
a fide declinet 122 116
causae clericorum an a Romano pontifice iu-
dicari debeant, vel Dei iudicio referen-
tur 34 92
causae in agendis quid principaliter spectan-
dum 235 48
Chalcedonensis synodus sola Romanae sedis au-
toritate fuit coacta 168 207
ipsa celebranda obseruata fuit 170.208
Et deinde illa celebrata actum 171.209
Chalcedonensis concilii decretum de congre-
gandis conciliis 161 194
Chalcedonense concilium fuit a Gregorio tan-
quam euangelium veneratum 231 43
Charitagenense concilium, miris laudibus ex-
tollitur, eo quia noluit negotia fidei incon-
sulso Romano pontifice diffinire 93 30
Charitagenense concilium ab Innocentio Ro-
mano pontifice perit, ut gesta synodi con-
firmaret 93 31
Chartagenense viii. concilium non sine papae
autoritate fuit celebratum 167 206
Chartagine in concilio quid disputatum fuit
173 212
Christiana respublica in duo genera hominum
est diuisa, clericorum scilicet & secularium
238 52
Christus non est dimissus 10 26
Christus non fuisset diligens pater familias,
nisi aliquem vices suas agentem reliquisset,
qui omnia posset quae ipse posset 18
& 142 158
Christus quandoque ad augendam religionem
suam, instrumentis usus est, quae ad eam
euertendam orta esse uidebantur 29 70
Christus & papa unum caput esse existima-
tur, & unum tribunal constituitur. 138.152 149 cum sequentibus

Christus triplici ratione voluit ea officia ab
hoibus gubernari, quae ipse diu in humanis
esset gessit 139.155.156. & 140.157
Xps cur Petrus iussu uicarius fecit 143.159
Christus quod ecclesiae & apostolis suis cla-
ues concesserit, quo intelligatur 148.167
Christus & eius ministri sunt medici anima-
rum 221 20
Christus concessit Petro non solum ea quae ad
conscientiae forum pertinent, sed et ea quae
sunt iurisdictionis amp. istius 14 41
Christi & summi pontificis est unum & idem
tribunal 36.96 & 112 81
Clavis errare non dicitur, nisi cum error ad eam
apertus est, ut nulla ratione defendi pos-
sit 119 103
Clericus seipsum vulnerans excommunicatio-
nem incurrit 50 121
clericus privilegio fori renuntiare non po-
test 127 129
clerici a laicis & sacerdotes ab eorum omnibus
accusari non possunt 36 96
clericorum mali mores sunt obtegendi 67 164
Comparatio partis ad totum illepidata 203.280
Compendium breue primae partis huius ope-
ris 83 214
Comprobatum plurimorum sententiis Ianus
iudicium existimatur 213 2
Conatus nullus honestior, quam qui in diffi-
li negotio suscipitur 1 1
Concessa omnia esse intelliguntur, sine quibus
causa commissa replicari non potest 90 20
Concilium nullo casu potest supra papam, &
hoc quando de assumptione papae non du-
bitatur 3 7.8
concilium an sit supra papam, an de assump-
ptione papae iudicare possit, querere, ma-
gna est differentia 4 9
concilium iudicare potest plures de pontifica-
tu contendentes 4 10
concilium est index quando papa indicari po-
test 33 84
concilium etiam cum autoritate summi ponti-
ficis congregatum non potest contra ipsum
sententiam ferre 41 105
concilium non potest auferre cardinalibus ius
eligendi pontifices 56 137
concilium utrum cognoscere possit quando du-
bitatur, an papa sit hereticus vel non. 60

I N D E X.

eo ciliis proprie persona non dicitur 69 171
concilium congregari potest, ut papa moneatur non ut deponatur 80 206
concilium nullam in eo habet potestatem, qui iure est pontifex, 83 214
concilium tanquam unus corpus consideratur, & dici non potest idem se ipso maior aut minus esse 114 87
concilium nullam iurisdictionis auctoritatem habet, nisi pontificia potestate munitur 121 111 113
concilium mortuo papa est caput ecclesie 121 114
co ciliis, q sine papa facere potest 122 115
concilium an sine papa ligandi auctoritate fungatur 135 147
concilium errare potest & quandoque erravit 119 107 & 152 172
concilium in aliquibus casibus pontificiam nanciscitur potestatem 155 180
concilium absque Romani pontificis auctoritate congregare non licet, ut ab apostolis & eorum successoribus traditum est 161 195
conciliis de abrogandis imaginibus sine auctoritate papae convocatis non valuit 162 198
concilium ratum non est, quod auctoritate Romani pontificis non est sicutum 162 199
concilium primum Romanum, in quo Constantinus & ceteri patres interfuerunt Syluestri iussu convocatum 166 205
concilium tempore schismatis sine iussu papae congregari potest 179 121
concilium sine iussu summi pontificis in quibusdam casibus congregari potest, & in illis tantum casibus potestatem habet, p quos congregatio illa facta fuit, & aliter in eo flatuta nullius sunt roboris 179 222
cum multis sequentibus
concilium potest quoad quaedam esse legitimus, & quoad quaedam illegitimus 181 225
concilium etiam cum papa non potest derogare potestati alterius papae ibidem
concilium quando dicitur legitime congregatum 202 279
concilium an necessarium sit congregandum pro confutandis hereticorum erroribus 214 6
concilium cogi non potest, ut de fide temere disputetur, neque ut ea, quae pro fidei nostro fundamento decisae sunt in dubium reuocentur 222 22

I N D E X

concilium tantum a tota ecclesia distat, quatum vice gerens distat ab eo, cuius vices aguntur 229 38
concilium indicentes strepto pontifice, caveant ab ira Dei 217 13
concilium tunc cogi potest, quando hereticorum potentia adeo inualefcit, ut neque censuris ecclesiae, neque principum armis opprimi potest 220 17 & 222 21
concilium & papa an ius dicere possint de his quae ad ipsum pontificem & iura episcoporum pertinent 238 53
concilium chalcedonense declarauit Leoni pontifici similitatis titulum fuisse tributum 99 49
concilium chalcedonense legitimum fuit in illis tantum casibus, in quibus instante necessitate ad illud deuoluta erat iurisdictionis 181 224 & 225
concilium constantiense declarauit se immemorate habere potestatem a Deo 98 47
concilium constantiense iudicauit causam pontificatus inter pontifices de ipso concertates 4 11
concilium constantiense an a Martino iussu approbatum 190 247 & 192 252 & 193 255
concilium constantinopolitanum papae auctoritate fuit collectum 166 206
concilium Florentinum solenniter declarauit, Petrum non modo pascendi verumetiam regendi & gubernandi vniuersalem ecclesiam potestatis amplitudinem accepisse 15 44
concilium Tridentinum excitatum fuit a Pio iii. ad extinguendum haereses & eo quoque Auctoris prouehitur intentio 2 6
concilii congregatio iniussu summi pontificis facta irrita est 41 106 & 159 188
concilii iudicium diuinum non dicitur sed mortale 69 171
concilii congregatio difficilis & ob temporum iniuriam saepe impeditur 95 35
concilii congregandi auctoritas est in papa, quo negligente si insit causa sedandae haeresis ad cardinales deuoluitur, & ipsi ne gligentibus ad imperatorem, tum ad alios principes deinde ad inferiores 156 184
concilii praes an maior sit potestatis 158 187
concilii in indictione causa, locus & tempus exprimi solent, ut contumaces excludantur, & in solis praesentibus legitimum sit concilium 185 234

I N D E X

Concilium optimum quando de haeresi pontificis 225 26
Concilium legitime congregati iudicium recusari non potest 236 49
co cilio fidei decreta mutare non licet 13 116 92
Concilia multa, & Chalcedonense & constantiense gestorum suorum confirmationem a Romano pontifice petierunt 34 87
Concilia ipsamet declarauerunt se inferiora esse Romano pontifice, & in eum nullum imperium habere 34 89
Concilia contra Marcellinum & Sixtum pontifices conuocata dixerunt, nemini primam sedem iudicare licere 36 113
Concilia generalia quot & infra quae temporaria collecta 95 35
Concilia a summo pontifice auctoritatem accipiunt 108 71 & 109 74
Concilia celebrari praeter conscientiam Romani pontificis non possunt 160 190 cum plus seq.
Concilia a Caesare congregata iussu pontificis Romani praecedente intelliguntur 163 200
Concilia pro erroribus iam damnatis amplius cogi non possunt 215 7
co cilia a co ciliis declarari aequum est 210 299
Conciliis congregatis an necessaria sit 212 1
cum pluribus sequentibus
Conciliis congregatis licet sit necessaria non in eorum praes maior est pontificis 213 5
Conciliis potestas unde originem suscepit 98 46 cum multis sequentibus
Conciliis decreta ambigua per papam interpretari debent 115 89
Conciliis ordinationes quae ad fidem & communem viuendi modum pertinent quarum mutari non possunt 115 90
co ciliis principalis praes i papa est 121 112
Conciliis decreta pontifici ascribuntur ibidem
Conciliis praes quomodo differant 182 226
Conciliis interesse possunt abbates & generales ministri ordinum religiosorum, & omnes qui cum promouentur ad dignitatem, iurant venire ad concilium 183 229
Confirmatio peti non solet nisi a superiore 34 88 & 113 83
Coniecturae multae plene probationi sufficiunt 167 206
Connexitatis tanta est potentia, ut plura prouo & eodem habeantur, & iure non distanti iudicentur 203 281
Constitutio optima quando de haeresi pontificis accusatur 56 137
Constantiense co ciliis quae conuenerat 179 222
Constantiense concilium vetustius est concilio Florentino 209 296
Constantiensis concilii decreta aliquot declarata 158 187 & 195 259 cum multis seq.
Constantiensis concilii gesta an omnia recta 182 227 cum multis sequentibus
Constantinopolitanus episcopus omnium summus est post Romanum pontificem 225 58
Constantinus donando ecclesiae restituit potius quam donauit 90 22
Constantinus Syluestri summum maximum, et sacerdotum principem predicauit 166 203
Constantinus multos libellos accusatoris contra sacerdotes sibi oblatos reiecit 166 203 & 168 219
Constantini mirabile documentum de clerico peccante 67 166
Constitutio stricte loquens a pinguiori ratione declaratur 73 185
Constitutiones synodales quae plurime fuerunt hereticorum insidiis delatae 160 193
Consuetudo memoriae hominum excedens iuri scripto & privilegio equiparatur 25 66
consuetudo legum optima interpretis 97 39
consuetudo interpretata nunquam cessat exclusae a lege reprobante consuetudinem 97 40
consuetudo tanto maioris auctoritatis esse dicitur, quanto generalior est, & a pluribus obseruatur 135 147
consuetudo etiam irrationabilis et iniusta excusatur delinquentes a pena 244 65
consuetudo facit ius 238 54
Continentia aedificii censentur aedificium cui eo, cui coherent 203 281
Contrarius audiri non debet 100 52
Contumacia nulla est, quae solum prouenit a neglecta citatione 186 236
Corpus sicut verum, ita & mysticum duo capita habere non potest 4 13
Copulatorum una pars debet declarari a qualitate aliarum partium, quae ei adheret 207 292
Cyprianus ecclesiasticorum scriptorum ferè antiquissimus 10 28
Cyrillus Alexandrinus vice papae celestini praesedit in co cilio primo Ephesino 167 206
Cyrilli mirabilis comparatio de summo pontifice 89 15

I N D E X.

Cyrilli aliud egregium de summo pontifice di-
ctum 92. 28 & 25 1 71

Deus solus potest esse simul testis & iudex 37

Deus actum repugnantem in uno subiecto
facere non potest 41 105

Deus quandoque facti sui hominibus reddit
rationem 37 116

Deus summo pontifici iura celestis terrenisq;
imperii commisit 63 156

Deus ob peccata populorum interdum corruptos
& malos principes regnare patitur 68. 199

Deus non minor est, cura erga ecclesiam mortuo
Petro, quam ipso vivente 18 56

Deus arcanorum ratio inperscrutabilis est, 28 69

Deus preceptum ut quilibet dominis suis obe-
diat 65 159

Deus soli convenit causas sine questione deci-
dere 37 98

Dictis Hieronymi & aliorum doctorum pos-
sunt cause diffiniri 243 62

Dictio, tantum, quid significet 34 91

Dictio, presertim, quam vim habet 103 60

Dictio, etiam, cuius significationis 146. 163

Dictio, et, quae principaliter copulata con-
iungit 201 275

Dictionis qualiscunque, significatio 221. 19

Dignitas illa veneranda est, quae etiam in ma-
lis hominibus tolleratur mores damnan-
di 67 164

Dionysius Areopagita vir doctissimus et in
signis Christi athleta Petrus supremum erve-
nerabile apicem Theologorum appellat 18. 56

Discedere non licet a declaratione concilii
15 47

Diviso unde oritur 8 9

Dioscorus cur damnatus in concilio chalce-
donensi 25 1 73

Discipulus non est supra magistrum 2. 80

Dissimiliu casu recta non fit illatio 97. 44

Distinctio ubi a lege non fit nec a nobis fieri
debet 63 156

Dominantis decori attinet dignos ac praece-
lentes habere ministros, qui eius potesta-
tem exercent 140 157

Donatio Constantini facta papae Sylvestro
vera fuit & legitima 91 24

Doctoris verba sunt intelligenda secundum
legem, quam ipse allegat 105. 63. 131

Doctores ecclesiae & alii sancti scriptores ec-

I N D E X.

clesiastici, quante sint auctoritatis, 243 174

61. & 62 Ecclesia est vox collectiva sicut populus &
grex 227 32

Ecclesiae perfecta sunt opera 8

Ecclesiae maiores cause ad fidem pertinentes,
ad summum pontificem spectant 92 29

Ecclesiae unitas duo principia, & duo capi-
ta non admittit, 201 54

Ecclisae cause oes, ut cuiuscunque sint quali-
tatis a pontifice max. decidi possunt 106 68

Ecclisae dignitates & privilegia immutari
non possunt 200 274

Ecclisae plures esse, & multiformem fidem,
circa haeresim nemo dicere potest 10 24

Ecclisae tradiciones ut a maioribus tra-
ditae sunt observari debent 25 66

Electio papae in forma carens non potest dici
electio 5 17

Electio papae meticulousa vel symoniaca est
ipso iure nulla 6 23

Electio Romani pontificis ad ius pertinebat
imperatoris 175 214

Electioni Romani pontificis Ludovicus impe-
rator renuntiavit 176 215

Electus ad pontificiam potestatem, Deo eam
tribuenti, & legitima praecipiente accepta
fert, non autem eligenti 176 217

Electus illegitime ad pontificatum, pontifex
non meretur appellari 83 214

Eligentes imperatorem, & cardinales eligen-
tes Romanos pontifices, nulla pontificiae po-
testatis prerogativa potuntur ibidem

Entia male nolum diffiniri 9 17

Ennodii liber approbatus in v. Romano con-
cilio, in quo una cum Symmacho cccviii.
episcopi interfuerunt 22. 59 & 38. 101

Epheusium concilium papae auctoritate fuit
celebratum 167 206

Episcopus ecclesiae catholicae est a Christo
creatus 11 29

Episcopus unus est catholicae ecclesiae, sicut
unus est Deus, unus Christus, & unus
Spiritus sanctus. ibidem

Episcopi & eius vicarii est unum & ideum
tribunal 36. 96 & 138. 153

Episcopi ab ecclesiis suis abesse non debent,
95 36

Episcopi tantum in concilio admittuntur,
183. 228 & 229

Episcopi & sacerdotum accusationes absq;

I N D E X.

duobus vel tribus idoneis testibus non sunt recipienda 38
 episcoporum appellationes esse ad Ro. pont. deferendas, an in synodo Nicena statutum sit, & an sit credendum legatis papæ sic affirmantibus 174
 episcopis negligentibus in piis causis exequendis licet cuiuscumque; alii omnibus modis studere, ut causa piæ compleantur 185
 Error dicentium Christi vicariū ecclesiæ Romanæ pontifici rem non habere primatiū universali ecclesiæ, similis errori dicentium Spiritum S. a filio non procedere 27
 error asserentium papam non esse immediatū & proximum Christi vicarium damnatus fuit in concilio constantiense 28
 Erubescimus cum sine lege loquimur, 129
 Et, copula, inter diuersa poni solet 193
 Et, copula, in materia favorabili semper ampliativè est accipienda 226
 Evangelia & statuta ecclesiæ nõ debet quis suo sensu interpretari 10
 Exceptio hæresis, exceptio proprie dici non potest 53
 Exceptio de regula esse oportet 73
 Excommunicatus non potest à synodo dispensari, sed hoc ad Romanum pontificem pertinet 100
 Exempla non coangulantis legem 73
 exempla mala sunt reicienda 217
 Exheredatus dici non potest, non legitime exheredatus 5
 Experiencia rerum magistra 235
FAMILIARIS inuenitur quod à pluribus queritur 213
 Factū lege permittente iuste fieri dicitur 58
 factū à maiori parte universitatis, ab omnibus approbatum censetur 128
 facta pastorum omnis gladio feriēda non sunt 76
 facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò à Domino 76
 facta difficilium destruantur, quàm nefas impediatur 120
 Falsū est, quod à veritate desecit 123
 Fides multis formis facile fieret, si homines arbitratu suo, de maioribus ecclesiæ negotiis iudicarent 10

Fides est totius ecclesiæ fundamentum 12
 fides una esse debet totius ecclesiæ 94
 & 115
 fides nostra una est, & unica est veritas 123
